



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

4^a = 7730

FCC
3277

~~Hh-Hh-s, 400f~~

4.70

3277
IOANNIS
ANTONII 248
VIPERANI 1629
MESSANENSIS SICVL

Iuuenatiensium Episcopi.
Dela liburia del Collegio Imperial della Citta di Messina.
Conciones aliquot celebrioribus
Festivitatibus habitæ.



Quorum seriem folio subsequenti inuenies
Cum Privilegio, & superiorum permisso.



VENETIIS, Apud Io. Bapt. Clotum. 1600.

.57- 4.

3277
IOANNIS
ANTONII 1648
VIPERANI 1629
MESSANENSIS SICVL

Iuuenatiensium Episcopi.
Dela liburia del Collegio Imperial della Citta di Messina.
Conciones aliquot celebrioribus
Festivitatibus habitæ.



Quorum seriem folio subsequenti inuenies.

Cum Privilégio, & superiorum permisso.



VENETIIS, Apud Io. Bapt. in Clotum. 1600.

CLEMENTI VIII.
PONT. MAX.

JOAN. ANTONIVS
VIPERANVS

Episcopus Iuuenatiensium.



VO quoque no-
mini CLEMENS
PONT. MAX. cui
Dominicalium
Ecclesiæ Oratio-
num expositio-
nem dicauimus , dicamus & Cōcio-
nes quas ad populum Iuuenatiens-
em de rebus quibus animæ salus
comparatur , & gloria cœlestis ac-
quiritur , habuimus . Ac sanè vim
aliquam oratoriam in his Concio-
nibus adhibuimus , non vt vllam

a 2 clo-

eloquentiae laudem quereremus,
sed ut animorum motus cieremus,
quib. Auditores ad pietatem & san-
ctitatem afficerentur. Rerum vero
scientiam, quam pre nobis tulimus,
no vlo nostro ingenio inuenimus,
sed ab ipsis rerum sacrarum scripto-
ribus accepimus: quippe in nulla
doctrina facilius erratur, quam in
Theologia, quae docet ea, quae nec
sensu percipi, neque humana ratione
comprehendi possunt, sed diuina
tantum auctoritate nituntur; cuius
interpretatio sepe quam obscurissi-
ma est. Cum autem omnis sacræ scri-
pturæ interpretationis iudicium penes
sanctam Ecclesiam Catholicam Ro-
manam consistat, certè dum has Con-
ciones tuæ Beatitudini, quæ est huius
Ecclesiæ caput, dicamus, ipsas tuæ
cognitioni, ac iudicio subiçimus.

INDEX

INDEX CONCIONVM.

D O M I N I C A I. Aduentus, De multipli Domini nostri ad nos Aduétu.	f. i
Dominica ij. Aduentus, de Messia	16
Dom. iiij. Aduentus, de Præcursore Domini	32
Dominica iiij. Aduétu, de Domini nostri per gratiam ad nos Aduentu	47
Die festo B. Stephani Protom. de Martyrio	61
Die Circūcitionis D. N. Iesu Christi, de Christo, & Homine Christiano	77
Feria iiij. Cinerum, de nostrarū actionum bonitate, ac fine.	93
Dominica j. Quadragesimæ, de tētationib.	109
Dom. ij. Quadra, de Hominis Beatitudine	116
Dom. iiij. Quadrag, de Homine peccatore	142
Dominica iiij. Quadragesimæ, de diuina pruidentia, & miraculis	157
Do. v. xl. de sacra scriptura, seu verbo Dei	173
Dominica Palmarum, de vero Agno Paschali, ac sacramento Eucharistiae	191
Die Passionis D. N. Iesu Christi, Concio I. de humani generis redemptione	211
Die Passionis D. N. Iesu Christi, Concio II. de Christiana Religione	227
Dom. Resurrectionis, de Resurrectione	244
Dominica in Albis, de Pace	257
Die Ascensionis D. N. Iesu Christi, de Christi Ascensione in Cœlum	273
Die Pétecostes, de Spiritus sancti Aduétu.	285
Die festo Sanctissimæ Trinitatis, De Sanctissima Trinitate	299

.57- 4.

3277

IOANNIS
ANTONII 248
VIPERANI 1627
MESSANENSIS SICVL

*Iuuenatiensium Episcopi,
Della liburna del Soglio Imperial della Corte
Conciones aliquot celebrioribus
Festivitatibus habitæ.*

Quorum seriem folio subsequenti inuenies,
Cum Privilgio, & superiorum permisso.



VENETIIS, Apud Io. Bapt. Clotum. 1600.

CLEMENTI VIII.
PONT. MAX.

IOAN. ANTONIVS
VIPERANVS

Episcopus Iuuenatiensium.



VO quoque no-
mini CLEMENS
PONT. MAX. cui
Dominicalium
Ecclesiæ Oratio-
num expositio-
nem dicauimus , dicamus & Cōcio-
nes quas ad populum Iuuenatiens-
sem de rebus quibus animæ salus
comparatur , & gloria cœlestis ac-
quiritur , habuimus . Ac sanè vim
aliquam oratoriam in his Concio-
nibus adhibuimus , non vt vllam

a 2 clo-

eloquentiae laudem quæreremus,
sed ut animorum motus cieremus,
quib. Auditores ad pietatem & san-
ctitatem afficerentur. Rerum vero
scientiam, quam præ nobis tulimus,
nō ullo nostro ingenio inuenimus,
sed ab ipsis rerum sacrarum scripto-
ribus accepimus: quippe in nulla
doctrina facilius erratur, quam in
Theologia, quæ docet ea, quæ nec
sensu percipi, neq; humana ratione
comprehendi possunt, sed diuina
tantum auctoritate nituntur; cuius
interpretatio sèpè quam obscurissi-
ma est. Cum autem omnis sacræ scri-
pturæ interpretationis iudicium penes
sanctam Ecclesiam Catholicam Ro-
manam consistat, certè dum has Con-
ciones tuę Beatitudini, quę est huius
Ecclesiæ caput, dicamus, ipsas tuę
cognitioni, ac iudicio subiçimus.

INDEX

INDEX CONCIONVM.

D O M I N I C A I. Aduentus, De mul-	
tiplici Domini nostri ad nos Aduétu.	f.1
Dominica ij. Aduentus, de Messia	16
Dom. iij. Aduentus, de Præcursori Domini	32
Dominica iiiij. Aduétu, de Domini nostri per	
gratiam ad nos Aduentu.	47
Die festo B. Stephani Protom.de Martyrio	61
Die Circúcitionis D. N. Iesu Christi, de Chri-	
sto, & Homine Christiano	77
Feria iiiij. Cinerum, de nostrarū actionum bo-	
nitate, ac fine.	93
Dominica j. Quadragesimæ, de tētationib.	109
Dom. ij. Quadra, de Hominis Beatitudine	126
Dom. iij. Quadrag, de Homine peccatore	142
Dominica iiij. Quadragesimæ, de diuina pro-	
udentia, & miraculis	157
Do. v. xl. de sacra scriptura, seu verbo Dei	173
Dominica Palmarum , de vero Agno Pascha-	
li, ac sacramento Eucharistiae	191
Die Passionis D. N. Iesu Christi , Concio I.	
de humani generis redemptione	211
Die Passionis D. N. Iesu Christi , Concio II.	
de Christiana Religione	227
Dom. Resurrectionis, de Resurrectione	244
Dominica in Albis, de Pace	257
Die Ascensionis D. N. Iesu Christi, de Chri-	
sti Ascensione in Cœlum	273
Die Pétecostes, de Spiritu sancti Aduétu.	285
Die festo Sanctissimæ Trinitatis, De Sanctissi-	
ma Trinitate	299

I N D E X
QVARVNDAM RERVM
MEMORIA DIGNARVM,

Quæ in hoc Opusculo continentur, serie
Alphabetica digestus :

- A**CTIONES nostræ voluntariae no-
striq; iuris sunt, vocanturq; humanæ,
& vel bonæ vel malæ sunt fol: 94
- A**duentus Christi judicarius vniuersalis; ad-
uentus gloriæ magni Dei à Paulo appellatus.
fol. 8
- E**t quidē sunt Dei aduentū ignis præcedet: ibid.
- A**duentus Christi prior clarus est clementia po-
sterior magis manifestus erit per institiam 20
- A**duentus Dominici tempus dies renouationis ap-
pellant sacrarum rerum scriptores 2
- A**duentum Domini in die iudicij reformidant im-
pij, diligunt pij, & quare 14
- A**duentus Dei duo non aspectabiles; duo item a-
spectabiles, & quinam illi 6
- A**micitia bonorum virtute cōciliatur. malorum
verò familiaritas vel ab utilitate, vel a volu-
ptate proficiscitur 269
- A**nima Christi est essentia rationis capax, & om-
nibus omnium hominum animab. similis eſe
non absurdè dicitur, & istius dicti rationem
vide f. 83. sub finem.

Anima

I Q U E X.

<i>Anima hominis non est materiata, sed ab omni concretione liberā & soluta, immortalis, & particeps rationis</i>	82
<i>Apostoli martyrium aliquando subtere subterfu- gerunt, & quare</i>	69
<i>Aristoteles quare Deum. in extimo existere cælo fuerit opinatus</i>	4
<i>Ascendere quid sit, & quid descendere</i>	3

B

<i>Baptismus Christi, & Joannis in quo diffe- rant</i>	42
<i>Baptismus flaminis est baptismus pœnitentiae, & contritionis, non cuiuslibet, sed insignis, qualis fuit in latrone Christo concrucifixo</i>	72
<i>Baptismatum tria genera, quibus peccata eluun- tur faciunt rerum sacrarum Doctores, aquæ nimirum, sanguinis, & flaminis</i>	72
<i>Baptista Ioannes qua de causa ab Herode in car- cerem coniectus</i>	29
<i>Baptista Ioannes nunquam de diuinitate Christi quicquam addubitauit licet per discipulos que- reret, an esset Messias</i>	16
<i>Christi diuinitatem adhuc in utero matris Eli- sabeth clausus senserat</i>	ibid.

C

<i>Causa prima et princeps una rerum constitu- ta a Philosophis, secundariae plures</i>	5
<i>Cælum aperiri quid sit</i>	72

a 4

Cælum

I N D E X.

*Cælum in triplici baptismo aquæ, flaminis, et san-
guinis apetiri, Euangelicis probatur exem-
plis* 72

*Christum esse Messiam à Deo Iudeis ante legem,
et in lege, ac Prophetis promissum* 17

*Christum nemo magis imitatur quam martyr,
qui abnegat semetipsum, tollit crucem suam,
et sequitur Christum* 73

*Christiani nomen Antiochiae primum inuentum
memoriæ proditum est* 90

Et quinam hoc nomine dicantur ibid.

*Et Christi filij etiam dicti fuerunt, et filij lucis
et quare* ibid.

*Christianæ religionis cultus à Christi sacerdotio
deriuatur* 241

D

Deus omnes fideles suos non vult esse marty-
res 69

*Deus quomodo in nobis sit ex Theologorum sen-
tentia* 4

Et quomodo ad nos uenire dicatur 5

*Dei descensus è cælo non fit per localem transmu-
tationem, cum eo quod mens sit simplicissima,
et æterna* 3

*Dei filius homo factus, ut perditum genus homi-
num saluaret* 6

*Divinitas Christi miraculorum, quæ non nisi a
Deo fieri poterant probata argumento* 29

Diem

I N D E X.

Diem Iudicij extremum quomodo filius Dei nescire dicitur 10

E

Ecclesia Christi quod S. Paulum, lumen & columnam religionis Christianæ habeat, debet S. Protomartyris Stephani precibus 76

Essentiae tres in Christo, divinitas, anima & corpus 82

Essentiales hominis partes duæ sunt, anima et corpus, illa indissolubilis, quoniam expers materie, hoc dissoluble, quoniam ex mutabilibus inter se concretum initij est ibid.

F

Idem qua Deum cognoscimus, & charitatis qua Deum diligimus fons, & origo est gratia Christi 253

Futura prædicunt aliquando Astrologi, & Physici, sed frequenter illorum prædictiones aenæ, & fallaces sunt 35

G

Gloriosus quare à Deo creatus fuerit mundus 3

Gloriosi corporis dotes, subtilitas, agilitas, splendor, ac immortalitas 255

Gratia quæ nos cum Deo, ac nobiscum conciliat vel est ipsamet charitas, uel ita coniuncta cum charitate, ut ab ea nihil disiungi queat 268

Hæ-

- H**ereditate Adæ protoplasti nobis posteris obuenere ignoratio veri, prauitas voluntatis, & actiones malæ 254
 Hereditate Christi & testamento eius, quæ nobis obuenere, sunt veri cognitio, iustitia, rectè facta nobili. & præclara antitesi ibid.
 Homo nouus a B. Paulo dictus est, qui aium bēt diuina gratia reformatū, vet⁹ aut̄ homo ab eodē appellatur. Apostolo qui subiectus est pctō 254
 Hominem veterem quando secundū Apostolum exuere, & nouum induere dicamur 255
 Homines quot numero legantur a Deo in matris vtero sanctificati in sacris literis 44
 Humilem & pauperem venturum Messiam sa-
cra scriptura prædixit 28

- I**ncarnatio Christi licet à tota Trinitate facta fuerit, attribuitur tamen Spiritui sancto, & quare 83
 Ioānes Bap. a Deo ī vtero matris sanctificatus 44
 Ioannem Bapt. esse Messiam, vt crederent Iudei quasnam ob causas fuerint inducti 33
 Innocentiæ status hominis primus quam fuerit excellens 264
 Innocentes Betlehemitæ pueri solo fuere voto martyres 69
 Judicium uniuersale vtriusque testamenti veteris

I N D E X.

ris, & noui sacra scripta testantur 7
Judicij vniuersalis dies octauus, & vltimus cur
dictus. fol. 9. Et cur dies iræ appellatus ibid.
Et dies cur vocetur cum venire de nocte domi-
nus dicatur 10
Et quare occultus sit omnib. ibid. Licet nonnulli
fore post septem annorum millia hunc diem nō
satis scitè docuerint. ibid. ibid.

L

Lege diuina nondum promulgata hoc est ante
 legem, & in lege, & Prophetis Messias Ju-
 deis promissus fuit. 23.
 Loci propriæ & prime differentiæ sunt supra, &
 infra M 3

Maiestatis diuine iniuriæ debetur eterna pœ-
 na, quoniā est eterna numinis maiestas 18
 Manichei heretici cur corpus Christi uerè huma-
 num falsi fuerint, occulta tamen arte quadam
 confictum 27
 Manicheorum error, & Arrianorum de Christi
 humanitate reprobatus 82
 Martyres qui sunt & qui minimè 69
 Martyres solo voto fuerunt infantes Bethlehemi-
 te innocentes ab Herode perempti 69
 Martyres re & voto sunt, quos propriè martyres
 appellamus 69
 Martyrū merces vita eterna est, qua cuncta bona
 que cogitari, aut optari possunt, cōpleteūtur 73
 Mar-

I N D E X.

- Martyres esse omnes fideles suos Deus vult ne
quaquam 69
- Martyres solus Deus facit ibid.
- Martyrium triplex est, unum uoto solum fit, alterum re solam, tertium quod voto & re simul perficitur ibid.
- Martyrium quomodo ferendum sit, scilicet diuina virtute, integra mente, libera voce ibid.
- Martyrij primus fructus omnium est culparum penarumque remissio 73
- Et quis alter martyrij fructus sit fol. seq.
- Martyria censemur in rerum abundantia frugalitas, liberalitas in paupertate, in iuuentute castitas 76
- Messie aduentus occultus, & obscurus fuit, quia pauper & humilis apparuit 16
- Ex oraculis tamen Prophetarum facile conuici potuit ibid.
- Messiu[m] presentem quare Iudei non agnouerint 17
- Missio diuina non ullum imperium, sed tatum divine personae originem notat 21
- Missionis diuine sunt termini duo, unus eternus, alter vero temporalis ibid.
- Mors corporea quare bonis omnibus optabilis, malis vero formidabilis existat 248
- Mors hominum, non item aliorum animantium recte somnus vocari potest & quare 245
- Mors ut duplex est, corporis & anime, ita & duplex

I N D E X.

- | | |
|--|-----|
| <i>duplex erit resurrectio</i> | 248 |
| <i>Mortem somni sororem aliqui Poetarum, ali-
qui somnum consanguineum mortis esse finxe-
runt</i> | 245 |
| <i>Mundus magnus ut parvus mundus suas ha-
bere etates dicitur</i> | 11 |
| <i>Mundus quare creatus a Deo Globosus</i> | 3 |

N

- | | |
|--|-----|
| <i>Naturę humānę a Christo facta assumptio a
Theologis tum incarnatio tum missio vo-
catur</i> | 20 |
| <i>Nouus homo quisnam a D. Paulo appelletur, &
quis vetus homo ab eodem dicatur</i> | 254 |

O

- | | |
|--|-----|
| <i>Occidendum Christum sacris oraculis suis
prænunciatum</i> | 22 |
| <i>Odium ubi est, ibi charitas esse non potest, quia
Deus est charitas</i> | 296 |
| <i>Opera diuina omnia licet misericordiam cum iu-
stitia contineant, tamen in quibusdam miseri-
cordia in quibusdam iustitia clarior</i> | 19 |
| <i>Orans pro martyre, iniuriam facit martyri</i> | 71 |

P

- | | |
|--|-----|
| <i>P̄t̄ulus Athenis irrisus a Philosophis quod
resurrectionem mortuorum predicaret</i> | 249 |
| <i>Pax bello, quies motui, tranquillitas perturba-
tioni opponitur</i> | 260 |
| <i>Pax q̄ gratiā cōsequitur charitatis comes est</i> | 268 |

Pec-

I N D E X.

- P**eccato solum nobis aditus in cœlum intercludi-
tur 72
Pecçatis morientes ueterem exuimus hominem
iuxta doctrinam Apostoli, induimus autē no-
num cum in uitam gratię cum Christo resur-
gimus 255
Platon corpus alteram partem hominis esse negat,
asserens hominem tantum esse ipsam animā, nō
autem corpore, & anima constare, quę opinio
non ab omnibus solum Theologis damnata, sed
etiam ab omnibus explosa Philosophis est 251
Prophetarum ultimus ueteris testamenti fuit
Ioannes Baptista 38
Pythagores Deum in mundi esse centro existi-
mavit, & quare 4
- Q
- Q**ualitatis in Categorias scriptoribus omni-
bus est humanitas, Theologis licet sit in
Substantia. 81
Questio cum testis alicuius sit ueritatis testis, est
de martyribus quibusnam essent pietatis te-
stes 64
Quinam insigniores & illustriores Christi marty-
res extiterint 65
Quoq; quibusve modis Demones conentur induce-
re hominem ad peccandum, ut alienum a Deo
faciant 112

Religionis

I N : D : E : X :

R

R eligionis Christianæ cultus à Christi sacerdotio deriuatur 241

Resurrectio bonorum gloria, malorum ignominiosa erit. S 249

S anctum etiam mundum significat 90
Signa extreum iudicij diem præcessura in

cælo multa sunt, & quænam illa 11. & seqq.

Et signa pariter multa in terra futura vide 13

Solis defectus quo pacto fieri dicatur 12

Et quomodo Lunæ fiat defectus ibid.

Somnus rectè mors hominum non item aliorum
animantium uocari potest, & quare. 245

Status hominis quadruplex, innocentia quæ fuit
ante peccatum, pœna quæ fuit post peccatum,
gratia quæ tempore Euangeliū data est, & glo
ria quæ in cælis datur, 86

Eiusdēa quadruplicis status ex parte Christus
particeps fuit ibid.

Status hominis primus innocentia quam excel
lens fuerit 264

Stephano martyrium patiente, quare Christus
stans, non sedens à dextris Dei p̄isus fuerit 70

Stella quæque illustris ex doctrina Mathematici
corum tota terra maior est. 13

T

T Estamenti noui veteris collatione excellen
tia in quo consistat 241

Turbe

Virtute conciliatur bonorum amicitia, malorum verò familiaritas vel ab utilitate, vel à voluptate proficiscitur 269

Kintutes cælorū quænā interpretentur 13. & 14.

Voluntas est sequentis aut declinantis aliquid animi liber ac nulla vi coactus motus, quem ratio quasi quidam dux moderatur & regit 95

Non est in eo in quo non est ratio ibid.

Voluntaria actio ex duobus principijs, cognitione & libero animi motu oritur, vnde quod uel in scienter, vel per vim gerimus, voluntarium non est 95

Vox qualiter definiatur & pariter diuidatur 39

IO. ANTONII
VIPERANI
MESSANENSIS,

IVVENATIENSIVM
EPISCOPI.

Dominica I. Aduentus
CONCIO.

*De multipli Domini nostri ad
nos Aduentu.*



AGNUM opus, & ar-
duum est, Auditores
charissimi, tacentibus
alijs, vnum dicere: si-
quidem assensum om-
nium captare, voluntatibusq; placere difficil-
limum est: quippe ho-
minum ingenia dissimili-
lia sunt, discrepantesq;
sententiae: ut non humanæ, sed diuinæ cuiusdam
facultatis sit dicendo per omnium mentes animosq; ue
peruadere. Verum nobis minis veren-
A dum

2^o DOMINICA I.

dum est, ne à cuiusquam vestrum sensu nostra respuatur oratio: quia non hominum inuenta fucatis inflatisque verbis ambitiosè docemus, sed Christi doctrinam continentem rectè sentiendi, ac benè agendi præcepta, quibus æterna felicitas comparatur, vobis, quorum salutis curam, ut pater filiorum, gerimus, pro nostro Episcopali munere sincerè; ac fideliter prædicamus. Vnde mihi persuadéo, uos me, dum paterno animo de Domini nostri multiplici, quem hoc tempore celebramus, aduentu dicam, benignis, & attentis animis audituros. Ac profecto, si me diligenter attenderitis, discetis honestatem vitae, quæ nobis uiri, & veri Dei benevolentiam charitatemque conciliat. Hoc equidem, Auditores charissimi, tempore sapiens, & sancta Dei fidelium mater Ecclesia, Domini nostri Iesu Christi varios ad nos aduentus permulcis religiosis officijs, ceremonijsque frequentat: vt à Deo per eius dilectissimi filij castissimam incarnationem, atque celeberrimum natalem diem, gratiam illam impetremus, quæ, tanquam nouus, ac coelestis quidem virtutum habitus, rescisso ueteri uitiorum, nostros animos ornnet, ac diuino conspectui, numiniique commendet. Ideoque totum hoc tempus rerum sacrarum scriptores nominant dies renouationis: nempe, in quibus danda est ab omnibus nobis opera, ut originalis iustitiae habitum, quem culpa primi nostri parentis amisimus, renouemus. Sed quid sit Deum ad nos uenire primum omnium exprimamus. Aduenire est aliquem à distante a nobis loco ad nobis proximum venire, sicut recedere est à proximo nobis loco in distantem abire. Aduenire ergo est alicuius ab illo in hunc locum recessus: contrà recessus est ab hoc loco

ADVENTVS.

9

re.
 ca.
 sed
 iac.
 ius
 pa.
 no.
 re.
 λ
 :
 :
 :
 :
 loco in illum abitio. Loci propriæ, ac primæ dif-
 ferentiæ suprà, & infrà sunt: quæ summam, &
 imam mundi partes respiciunt: in quas hæc infe-
 riore prima, & simplicia corpora, ignis, aer, aqua,
 terra, levia quidem in summam, grauia uero in
 imam uia sua nutuque feruntur. Mundi, qui ob
 perenniem conuerzionem propter continuatum re-
 rum naturalium ortum globosus factus est, quod
 hæc figura sit ad uolubilitatem quammaxime a-
 pta, pars summa est eius extremum, quod est cœ-
 lum, siue coeli extremitas; pars uero ima est (ut
 Graeco uerbo utamur) centrum: quod in sphæra
 medium est: in quo terra immobilis haeret. Nam
 quod in sphæra medium est, idem etiam est ipsum.
 Quainobrem cœlum, ut præclarè poëta quidam in-
 quirit, est undique sursum: terra uero suis librata
 ponderibus fixa in media mundi sede est, & cir-
 cum ipsam cœlum perpetuò, & incitatissimè uol-
 uitur. Quod quis igitur cœlo vicinior est locus, eo
 superior, & quod terre propior, eo inferior est. At
 uero cùm è superiore in inferiorem locum quis ue-
 nit, dicitur descendere; cùm autem ex inferiore
 in superiorem locum abit, dicitur ascēdere. Qua-
 re descensus est è superiore in inferiorem, contrà
 ascensus est ex inferiore in superiorem locum mo-
 tus. Etenim quod è loco in locum mouetur ha-
 bet motus sui terminos duos, alterum, à quo rece-
 dit, alterum, ad quem accedit: in illo esse definit,
 ut in hoc sit, atque quiescat. Cæterum, Auditio-
 res charissimi, nolim, cùm Dei patris Deum filium
 è superiore mundi parte in inferiorem, è cœlis; in-
 quam, in terras descendisse uel legitim, uel auditim,
 Deum, tanquam aliquem hominem, è loco in lo-
 cum se ipsum mouisse, altissimumque illud cœli-
 tum domicilium cum hac humili mortalium hæ-

32

A 2 bitatione

2^o DOMINICA I.

dum est, ne à cuiusquam vestrum sensu nostra respuatur oratio: quia non hominum inuenta futatis inflatisque verbis ambitiosè docemus, sed Christi doctrinam continentem rectè sentiendi, ac benè agendi præcepta, quibus æterna felicitas comparatur, vobis, quorum salutis curam, ut pater filiorum gerimus, pro nostro Episcopali munere sincerè, ac fideliter prædicamus. Vnde mihi persuadeo, uos me, dum paterno animo de Domini nostri multiplici, quem hoc tempore celebramus, aduentu dicam, benignis, & attentis animis audituros. Ac profecto, si me diligenter attendentis, discetis honestatem vitæ, quæ nobis uiri, & veri Dei benevolentiam charitatemque conciliat. Hoc equidem, Auditores charissimi, tempore sapiens, & sancta Dei fidelium mater Ecclesia, Domini nostri Iesu Christi varios ad nos adventus permultis religiosis officijs, ceremonijsque frequentat: vt à Dœo per eius dilectissimi filij castissimam incarnationem, atque celeberrimum natalem diem, gratiam illam impetremus, quæ, tanquam nouus, ac cœlestis quidem virtutum habitus, rescisso ueteri usitatum, nostros animos ornaret, ac diuino conspectui, numiniique commendet. Ideoque totum hoc tempus rerum sacrarum scriptores nominant dies renouationis: nempe, in quibus danda est ab omnibus nobis opera, vt originalis iustitiae habitum, quem culpa primi nostri parentis amisimus, renouemus. Sed quid sit Deum ad nos uenire primum omnium exprimamus: Aduenire est aliquem à distante a nobis loco ad nobis proximum venire, sicut recedere est à proximo nobis loco in distantem abire: Adueniens ergo est alicuius ab illo in hunc locum accollitus: contrà recessus est ab hoc loco

A

ADVENTVS.

3

loco in illum abitio. Loci propriæ, ac primæ dif-
 ferentia suprà, & infrà sunt: quæ summam, &
 imam mundi partes respiciunt: in quas hæc infe-
 riore prima, & simplicia corpora, ignis, aer, aqua,
 terra, leuia quidem in summam, grauia uero in
 imam uia sua nutuque feruntur. Mundi, qui ob
 perennem conuerzionem propter continuatum re-
 rum naturalium ortum globosus factus est, quod
 hæc figura sit ad uolubilitatem quammaxime a-
 pta, pars summa est eius extremum, quod est ce-
 dum, siue coeli extremitas; pars uero ima est (ut
 Græco uerbo niamur) centrum: quod in sphæra
 medium est: in quo terra immobilis haeret. Nam
 quod in sphæra medium est, idem etiam est imum.
 Quainobrem cœlum, ut præclarè poëta quidam in-
 quirit, est undique sursum: terra uero suis librata
 ponderibus fixa in media mundi sede est, & cir-
 cum ipsam cœlum perpetuò, & incitatissimè uol-
 uitur. Quod quis igitur cœlo vicinior est locus, eo
 superior, & quod terre propior, eo inferior est. At
 uero cum è superiore in inferiorem locum quis ue-
 nit, dicitur descendere; cum autem ex inferiore
 in superiorem locum abit, dicitur ascēdere. Qua-
 re descensus est è superiore in inferiorem, contrà
 ascensus est ex inferiore in superiorem locum mo-
 tus. Etenim quod è loco in locum mouetur ha-
 bet motus sui terminos duos, alterum, à quo rece-
 dit, alterum, ad quem accedit: in illo esse desinit,
 vt in hoc sit, atque quiescat. Cæterum, Auditio-
 res charissimi, nolim, cum Dei patris Deum filium
 è superiore mundi parte in inferiorem, è cœlis, in-
 quam, in terras descendisse uel legitis, uel auditis.
 Deum, tanquam aliquem hominem, è loco in lo-
 cum se ipsum mouisse, altissimumque illud cœli-
 sum domicilium eum hac humili mortaliūm ha-

34

A 2 bitatione

4 DOMINICA I.

bitatione commutasse credatis. Non enim è loco
in locum mouetur, neque ulla ratione mutatur
Deus, qui simplicissima, & æterna mens est, ha-
bens infinitam & immensam uim, cuncta suæ nu-
mine complens, & regens ima, summa, media. Ita

Cap. 23. Cælum, & terram ego impleo, & per Esaiam,

Cap. 66. Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meo-

Matt. 6. rum. Nec Christus, cum Deum patrem in cælis

esse commemorat, uult hoc intelligi, quod dum-
taxat in cœlis sit, quem prædicat ubique operari
omnia; sed quod in cælis præclarissima opera fa-
ciat, ubi nulla mutatio, nulla senectus, nullus in-
uenitur interitus: ut videlicet à terrenis, & ca-
ducis rebus ad cœlestes, & immortales omnem
sensem, cogitationem, & animum abducamus.
aut in cælis esse ob id ait, quoniam est omnium re-
rum origo, atque omnis motionis principium, ip-
se stabilis & immobilis manens. Quam etiam ob
causam Aristoteles tradit Deum esse in extimo cœ-
lo; quoniam cœlorum conuersiones incredibili
virtute, & arte metitur: quarum temperatione mi-
randum in modum totius inferioris mundi statum,
ordinemque gubernat. Pythagoras uero Deum in
mundi centro esse perhibet propter diuinæ boni-
tatis communicationem. Vnde Dauid Deo in-

Pſ. 138. quic si ascendero in cælum, tu illices, si descendero
in infernum, ades. Quid igitur est, dicet aliquis,
Deum de cælis descendere, atque ad nos uenire;
si non mouetur loco? si est ubique? si complet vni-
uersum? si continet omnia? nobis, quam nos ipsi,
præsentior? Etsi Deus, Auditores Charissimi, est
in nobis, ut in omnibus rebus alijs, sua, quemad-
modum Theologi loquentur, essentia, præsentia,
potentia, tamen ab iisdem Theologis ad nos ueni-

ADVENTVS.

3

re tunc dicitur, cùm in nobis ex se, sínè vllis cau-
fis naturalibus, ac supra nostri ingenij uires pro-
nostra vtilitate, & salute aliquid agit: aut etiam
in aliqua re sensili, & aspectabili se nouo, & inus-
tato modo nobis agnoscendum ostendit. Etenim
quædam per se facit Deus, nullius opera, tanquam
instrumento, usus; quædam per maiestatis, & im-
perij sui ministros, veluti per cœlestes intelligentias
mouet cœlos, & per cœlos hæc prima quatuor ele-
menta corporea: è quibus alteratis, permisisque
inter se, alia corpora generantur. Vnde inferioris
mundi gubernatio è superioris pendet administra-
tione: atque a Deo primo principio & procreatio,
& procuratio rerum omnium est. Itaque philo-
sophis una prima, & princeps causa est, secunda-
riæ plures. Quando igitur in nobis Deus sínè se-
cundarijs caufis supra humanam facultatem ali-
quid nostræ salutis & felicitatis gratia facit, vt
cùm fidei luccientes nostras illuminat, vel incen-
dit charitatis igne voluntates, quoniam hæ vir-
tutes nulla vi naturæ in nobis inseri, nullaque à no-
bis ratione acquiri possunt, & beatos nos faciunt,
dicitur ad nos uenire. Hoc optatissimo, ac suauissi-
mo aduentu Deus ab exordio mundi suam sem-
per inuisit Ecclesiam, suos inquam fideles: in qui-
bus, ut in sancto & augusto quodam templo, ha-
bitat; népè, à quibus piè, ac religiosè colitur: quia
rectè cognoscitur, & studiosè diligitur. Dicitur
præterea Deus ad nos uenire, cùm à quo quis no-
strum, vbi uitæ munere functus est, rationes actæ
uitæ reposcit, ac pro benè, malè ve meritis cuique
præmia, poenasque decernit. Hoc B. Paulus scri-
bit Hebrais, Statutum est hominibus semel mo- Cap. 6.
ri: post hoc autem iudicium. Atque hic aduentus
etiam omnium aspectum, atque omnem corporis

A 3 sensum

DOMINICA I.

fensum later. At cùm Dei filius humanam carnem assumpsit, & in ea se mortalibus nouo, & inusitato modo indicauit, de cēlis ad terrā descendisse, at que ad homines uenisse à diuinarum terum scriptoribus dictus est: non quia cēlum reliquerit, & in terra fuerit, ubi ante non esset: sed quia non aspectabilis in re aspectabili præter omnem consuetudinem ad nostram doctrinam, & salutem, nobis presentiam suam declarauerit. Quem aduentum ideo uocant aspectabilem, quoniam eius ca-

2d. 4. & 2. Cor. 3. Cap. 4. 5. Deus, qui spiritus est, nullis hominum oculis certi potest. Quamobrem Deus absconditus ab Esaia vocatur, quod eius diuinitas humana carne quodam quasi tegumento uelata est. Factus est autem Dei filius homo, ut perditum genus hominum salvaret: idemque Deus & homo in fine mundi uiuorum & mortuorum iudex ueniet; Nam licet singuli suis diebus iudicentur, tamen una die omnes in commune iudicium adducentur, ut Dei iustitia nota, & testata omnibus fiat, & omnes boni praemij, mali poenis plenè pro benè, malève meritis afficiantur. Itaque duos aduentus Dei non aspectabiles habetis, scilicet per gratiam, & ad iudicium singulorum: duos quoque aspectabiles in humana carne, alterum ad saluandum genus humanum, alterum ad iudicandum. Ob quos Dei quatuor aduentus, B. Petrus Apostolorum princeps ante natalem diem Christi, quatuor hebdomadas diuinis officijs celebrati constituit. Celebrans autem Ecclesia priorem in carne Christi aduentum ad redimentum hominem è seruitute Diaboli, proponit hac prima Dominica pertimescendum omnibus posteriorem aduentum ad uniuersale iudicium, ut vel redemptionis amore, uel iudicij timore corda hostia

ADVENTVS.

9

Nostra præparemus ad recipiendam diuinam gratiam ; qua reconciliati Deo, nihil aliquando in extremo iudicio ab auditione mala timeamus . De hoc igitur Domini nostri ad commune iudicium aduētu, deinceps Auditores Charissimi, dicemus . Credit uniuersa fidelium Ecclesia, Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, & hominem in fine seculorum ad iudicados omnes uiuos, & mortuos e coelis in terram esse uenturum, ut qui suam in creatione mundi potentiam , & in gubernatione sapientiam, etiam faciat in iudicio planam iustitiam ; quæ nunc multis occulta uidetur : separat quæ bonos à malis, uelut agnos ab hædis ; atque horum præmia, & illorum poenas debitas, meritasque perficiat . Nam & illorum amplificanda gloria, quorum vita, & doctrina posteris usque in extreum diem mundi proficit, & horum est agenda misericordia, quorum aut uita, aut doctrina semper carceris obfuit . Illorum quoque corpora cœlestibus decoranda sunt ornamentis, & horum omnibus notis prauitatis & foeditatis turpificanda : quippe quæ animabus socia bonarum aut malorum actionum extiterunt . Quod quidem uniuersale iudicium utriusque testamenti ueteris, & noui sacra scripta testantur . Nam Ecclesiastes ait, Cum Cap. vii. cœsta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, siue bonum, siue malum . & in Psalmo Dominus ait, cū Pf. 74. accepero tempus, ego iustitias iudicabo, & Esaias, Cap. 3. Dominus ad iudicandum ueniet cum senioribus populi sui . Et Zacharias, Veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cum eo , & Daniel, Cap. 4. Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus coeli quasi filius hominis . Et Christus ipse de se inquit, Filius hominis uenturus est in gloria patris sui, cum Angelis suis : & tunc reddet uni-

A 4 cuique

8 DOMINICA I.

cuique secundum opera eius. Idemque à princeps
Sacerdotum interrogatus an esset filius Dei, re-

Mat. 26. spondit: Dico uobis; amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei, & ueniens in nubibus cœli. Et discipulis aspicientibus

Mar. 14. Christum ascendentem in cœlum astantes Angelos.

Act. 1. Si dixerunt, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus, qui assūptus est à uobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum uidistis eum euenter in cœlum. Veniet autem cum amplissimo imperio, ut pote à Deo patre dominus, & iudex omnium constitutus: per quem porrò pater omnia iudicat, sicut per ipsum omnia fecit, quique non solum ut Deus filius Deo patri aeternitate, maiestate, gloria æqualis est, sed etiam ut homo Deus ob

Rom. 14. coniunctam in sua persona cum diuisitate humilitatem summi iudicis obtinet potestatem: quam insuper, & humilitate, & obediētia usque ad mortem crucis promeritus est. Quod B. Paulus asserit illis uerbis, Ad hoc Christus mortuus est, & resurrexit, ut & uiuorum, & mortuorum dominetur. Et post resurrectionem suam Christus disci-

Matt. vi. pulis suis apparens, Data est mihi, dixit, omnis potestas in cœlo, & in terra. Quare hunc cum potestate & maiestate ad iudicandum Christi aduentum B. Paulus appellat aduentum gloriæ magnæ Dei. Et Esaias inquit, Reuelabitur gloriæ Domini.

2. Thess. 4. Erit hic aduentus glorioſi Dei omnibus eius, & manifestus: quia magnificentissimus erit.

Cap. 40. Vnde Dauid, Deus noster, inquit, manifeste ueniet. Nec poterit ullo modo esse occultus, antea

Pſ. 49. quem, ut idem Dauid inquit, ignis præceder. Quod ipsum quoque scribit Esaias; Ecce Dominus in

Cap. 67. igne ueniet. Qui ignis, ut B. Paulus docet, unius-

1. Cor. 3. cuiusque opus quale sit probabit. Nam in hoc igne

ADVENTVS.

Igne cuiusq; opera, uelut in fornace metalla, quæ, ac qualia sint, perspicientur: cōsumentur mala, bona superis in æternitatis templo reseruabuntur. At que hoc sanè die cuncta Deus aperta faciet, etiam abscondita cordium. Quocirca B. Paulus Nolite, *1. Cor. 4.* inquit, ante tempus iudicare: quoadusque ueniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebra rum, & manifestabit consilia cordium, & tūc laus erit vnicuique à Deo. Diciturque iudicij dies octauus, & ultimus: ultimus quidem, quia nunc etiam Deus singulos mortentes iudicat, & ab initio mundi iudicauit, tunc autem iudicandi finem faciet: octauus uero, quia cœli motum, & temporum uarietatem, quam designat septem dierum in seipso continuata conuersio, finiet. Et quam omnes dies sunt Domini, prout canit Psalmista, *Ordinatione tua perseverat dies, tamen dies Ps. 118.* iudicij tam singulorum, quam omnium hominum præcipue dies Domini dicitur: quia tunc in omnibus suam sententiam explebit, & exequetur uoluntatem; bonos præmijs, malos poenis afficiens. Dicitur etiam dies iræ, ut illic, Thesautizas tibi iram *Rom. 5.* in die iræ. Quæ diuina ira nihil aliud est, quam poena, quam de scelestis hominibus sumit. Et confuerit interdū sacra scriptura pro poena iudiciorum ponere. Nec si certum tempus prioris aduentus oraculis prænunciari dectrit, quoniam futurus erat obscurus, ut uenientem Messiam agnoscerent, sic etiam definitum ultimi iudicij diem vaticinationibus præmonstari paruit; quia clarus & apertus omnibus erit: et si quando erit incertissimum est. *Pf. 9.* Etenim David inquit, Parauit in occulto iudicio fedem suam. Ob cuius obscuritatem Christus ad iudicandum tanquam far media nocte uenturus dicitur. Sic in Apocalypsi legitur, Véniam tibi *1. Pet. 3.* *et 1. Thes. 3.* tanquam

40 DOMINICA I.

Cap. 12. tanquam fur: & apud Iucam Euangelistam, Si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret. Vnde tollitur illa dubitatio, quomodo iudicium Domini uocetur dies, & venire nocte dicatur. Dicitur uenire noctu, quoniam incertus aduentus: dicitur uero dies, quia tunc fient omnia manifesta. Ob id autem iudicij diem tam simul omnium hominum, quam singulorum esse occultum voluit, ut parati semper simus illi uenienti cum sapientum virginum accensis lampadibus obuiam ire; hoc est, ut semper in eius gratia uiuamus. Quamobrem, non decet alienis a salute nostra curis implicatum animum habere, uoluptatesque persequi libidinosas, sed expeditos, uigilantes, & continentes esse: ut ueniens Dominus noster Iesus Christus, nos bonis, & utilibus rebus operam dantes inueniat, & cognoscat fidos, & frugi seruos, quos in perpetuum domus suae gaudium, & aeternam celestium honorum possessionem inducat. Sunt tamen, qui docent post septem annorum millia fore uniuersale iudicium;

Mat. 26. uerum non satis scite: Nam Christus met de die
& Mac. 13. illa, inquit, uel hora iudicij nemo scit, neque Angeli in celo, neque filius hominis. Erenim ea, quae Deus suae soli subiecta esse uoluit potestati, nulli, antequam fierent, nota esse permisit, sed in sua tantum mente reposuit. Hoc a Christo discipulis interrogantibus, an in tempore illo restitueret regnum Israel, responsum est, Non est uestrum nosse tempora, uel momenta, quae Deus posuit in sua potestate. Quamobrem, dies iudicij uni Dei notus est: nec tamen latet filium, cui pater iudicium dedit, in cuius manus omnia tradidit, quem fecit haeredem uniuersorum: uerum nescire se Christus dicit, quia neminem scire facit, quales locutiones multae in scripturis sacris sunt. At forte quis inquiet

Act. 1.

Io. 5.

Io. 13.

Hebr. 1.

ADVENTVS.

11

inquiet instare ultimi iudicij diem; quādo B. Ioannes Euangelista scripsit iam horam nouissimam esse: uerūm is intelligat nouissimam horam significare non breue vllum tēpus, sed extrema mundi ætatem; quam B. Petrus nouissimos dies, & noctissima tempora, & B. Paulus fines s̄eculorum ap. 2. Pet. 3. peñlat. Nam magnius mundus, ut patruis mundi homo, suas habet ætates, quarum extrema nūc agitur, quæ à Christo duxit initium, & usque in diem iudicij producetur. Videlurq; Christus in extrema mundi natus ætate, sicut Patriarcha Ioseph, qui figuram Christi gessit, in senecta patris sui Iacob genitus est. Atque vt hominis extremae ætatis, scilicet senectutis, nullus est terminus, licet aliarum ætatum certi sint fines, sic extremae mundi ætatis nullum definitum est tempus, licet aliarum ætatu certa tempora fuerint. Fatemur itaque nos in s̄eculorum fines deuenisse, in extreamam inquam, mundi ætatem, sed diem, quæ senectutem mundi claudet, obscuram & incertam esse fatemur. B. Paulus quoque Thessalonicensibus, 2. Thes. 2. quod instare diem Domini credereht, & terretur, scripsit, ne facile hoc crederent: quoniam hunc diem multa signa præcesserint. De quibus signis agere nos monet Euangelium, quod hoc die in sacrificio missæ legi antidictis. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in tetris pressuræ gentium. Sed ante hæc signa tetum sacratum periti docent plurimos à fide Catholica discessuros, cùm abudabit iniqitas, & refrigescet charitas multorum. Quod tempore ueniet Antichristus, quem Daniel propheta pulchre describit. Is infinito Christianos odio persequetur, & in omnes sanctos homines insatiabilem crudelitatem exercebit. Sic quidam B. Paulus Thessalonicensibus scribit, ante 2. Thes. 1. Christi

12 DOMINICA I.

Christi posteriorem aduentum fore discessiōnem à fide; ac manifestum omnibus factum iri hominem peccati, filium perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. His enim verbis Antichristum describit. Quo etiam tempore ueniet è loco, in quē igneo curru translatus est, Helias Tesbitēs ad confirmandos in fide fideles, & reuocandos ab impietate Iudeos, qui cum Antichristo tunc facient.

Quorum ab impietate ad veram religionem conversionem Esaias illis uerbis prædixit, si fuerit Israel, ut numerus arenæ maris, reliquiæ saluæ fiēt.

Cap. 10. Rom. 9. Idque etiam B. Paulus affirmat. Tunc uerò erunt

Mat. 24. signa in cœlo sursum, & in terra deorsum. Nam in cœlo Sol obscurabitur, vt B. Matthēus scribit,

Cap. 6. fietque ut in Apocalypsi legitur, niger, sicut fascus cilicinus. Obscurabitur autem Sol vel nobis oppositu suo Luna subiecta Soli lumē eius eripiente; quanquam hoc pacto nunquam totus obscuratur, quia Luna minor est Sole, vel diuina uirtute ipsum omni luce, & splendore priuante, sicut in morte Christi obuēnit. Deficienteque Sole, Luna quoque nullum dabit lumen, quod totum à Sole mutuatur. Nec rectè dixeris cum Eclypsi Solis fieri Lunæ defectionem. Nam Solis defectus interiectu Lunæ inter nos, & ipsū fit, Lunæ verò defectus fit inter Solem, & Lunam, quæ è Solis regione facta est, oppositu terræ. Quidam dicunt in aduentu Christi Solis iustitiæ omnem claritatem suo splendore uincens Solem hunc tenebrisum fore, nec cernendum; sicuti nec stellæ in Solis luce cernuntur, uerum hoc non erit signum uenturi iudicis, sed venientis effectus. Propheta Ioēl verò de Luna scribit quod vertetur in sanguinem, quemadmodum in Apocalypsi

Cap. 2.

Ipsius scribitur, Luna tota facta est sanguis; non quod ullius animantis cruento sedabitur, aut feret eas mutationes, quas haec caduca corpora patiuntur, sed quod in hoc aere medio uisio quædam nostris oculis imbutam sanguine Lunam obijciet. Stellæ præterea de cœlo cadent, non partes cœli densiores, quæ propriè stellæ vocantur, quarum queque, dum insignis & illustris sit, tota terra, sicut Mathematici docent, maior est; ut, si tantum una caderet, stirpes omnes, & animantes obrueret; sed quas Græci Cometas uocant: quæ ex terræ calida, & sicca exhalatione in hoc aere medio, quæ etiam cœlum nominant, fiunt, accensæque stellas imitantur, & cadere conspiciuntur, sæpè ingentium malorum prænunciæ. B. Augustinus tamen Solis, Lune, & Stellarum nominibus vult notari fideles, ac fidelium Ecclesiam; quæ temporibus illis infidelium immani sæuitia opprimetur, & a suorum nimia cæde cruenta, & multorum peccatis, quæ in scripturis sacris vocantur sanguines, inquinata uidetur. Doctrina quoque illustres viri desciscentes à Christi fide, tanquam stellæ, quibus assimilantur, cadent è cœlo. Et ut in cœlo, sic etiam in terra erunt ultimi iudicij signa, ciuium grauissimæ fæditiones, populorum nefaria bella, maximæ pestilentiae, frugum omnium inopia & famæ, terremotus, eluuiones, & cum ingentibus imbribus, uentis, procellis, turbinibus, fulminibus, tonitruis magis, nunc se supra montes attollentis, nunc ultra modum subsidentis tempestates horribiles. Cuius fragore, & horrore, præter aliorum impendentium malorum metu, homines arescent. Quid de virtutibus cœlorum, hoc est, Angelis dicemus? qui tot, tantorumque insolitorum malorum admixtione quadam quodam modo obstupefient? uel

ad

ad faciendas res miras excitabuntur, ut ab Antis christo in errorem inductos in veritatem reducatis. Quidam uirtutes cœlorum interpretantur sanctorum animorum potentias: quæ tunc temporis misericordia tentationibus concutientur, uel res miras face-re cessabunt; quidam interpretantur cœlestes intelligentias; quæ tunc è conuersandis cœlorum orbibus amouebuntur. Verum hoc non erit signum uenturi iudicij, sed ipsum iudicium consequetur. Et quanquam isthac mala, quæ recensuimus, in terris semper increbuere, tamē die Domini approximante, magis, ac magis inualescunt. Neque ex his signis dies iudicij certò perspicietur: nam semper in diuina mente reconditus est, quanquam non longè abesse coniijcitur. His itaque signis fieri incipientibus, leuate capita veltra, hoc est, hilares estote; quoniam propè est dies iudicij tanquam ætas: in qua bona metetis, quæ seminatis. Et piorum hominum, eorum quidem qui in Domino mortui sunt, corporum tantum, eorum vero, qui tunc morientur, & animorum, & corporum appropinquat ab omni mortalitate redemptio: at impiorum appropinquat acerbissima damnatio. Quapropter aduentum Domini reformidant impij, diligunt impij; qui cum B. Paulo dissolui cupiunt, & esse cum Christo, quippe qui perspectum habent in hac immensi mundi regione se peregrinos, & aduenas esse; quoque cedet huius miseræ, ac miserandæ uitæ: in qua dum sumus, præterquam quod innumeris molestijs, & angoribus conficimur, semper in luxurio uersamur; quia semper ab omnibus partibus nobis est in peccatum aliquod dilabendi periculum. Sed ne quempiam ueltrum Auditores charissimi, hujus mundi moueat, delebetque figura, & in caducarum rerum expectatione, ac turpibus voluptatibus.

Phil. 1.

soluptatibus detineat oblitum sui, & cœlestis hæreditatis imminorem, ponite quæso, ante oculos Angelum Dei terribili tubæ sonitu uocantem omnes ad communæ iudicium, & Christū Dei filium è summo cœlo summo cum imperio, & maiestate descendenter, sedentemque in solio regio, & circumstantes inumerabiles eius potestatis ministros, atque satellites. Reputate etiam vos ante diuinum tribunal constitui, & cernere seuerissimum potentissimi iudicis vultum, atque inexorabilem animum, qui nullius oratione, nullius lacrymis, nullius gratia, nullius autoritate flectatur. Intuemini teterimum carcerem, ardenter omni tempore ignem, ænea vincula, miserrima supplicia, crudelissimos cruciatus, immanissimos carnifices. Hanc equidem rerum non dico aspectus, sed ipsa cogitatio debet à turpi, & scelestâ vita nostrâ quemque terrere. Ne quid igitur in die mala timeamus, cœlestem gratiam per Iesum Christum nobis sanctis cogitationibus, & honestis actionibus conciliemus: qua tuti à diuina ira, & securi omni tempore simus.



DOMI-

C O N C I O.

De Messia.

Si Messiae desideratus aduentus, Auditores charissimi, occultus & obscurus fuit, quia pauper, & humilis visus est, tamen ex factorum uatum oraculis, quæ paupertatem eius, & certum tempus aduentus prædixerant, facile coniici potuit. Sed & Christi cœlestis doctrina, singularis uitæ sanctitas, res mirè gestæ, quæ nisi à Deo met fieri non potuissent, ipsum esse Messiam prædicarunt; quem Moyses, atque Prophetæ suis uaticinijs descripsierant, tum diuina virtute potentem, tum humana conditione mortalem, ut infidelitatis, & perfidiae suæ Iudæi non dico iustum, sed ne villo quidem modo probabilem excusationem vilam habuerint. Nec de diuinitate Christi Ioannem Baptistam quicquam' vnquam addubitate credendum est, licet è discipulis suis duos ad eum legauerit interrogatum, sicut ex Euangelio, quod modò lectum est, audistis, an sit Messias, qui uenterus est ad liberandos è seruitute Iudæos. Nam eius diuinitatem adhuc clausus in utero matris senserat, & ostenderat eum esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi; seque palam confessus fuerat indignum, qui eius calciamenti corrigiam solueret. Verum cum esset in vinculis, & instare sibi mortem uideret, ne sui discipuli magistrum aliū, quam Christum, sequerentur, duos ex ipsis præstantiores alijs

Mat. 11.

Luc. 1.

Io. 1.

Io. 1.

Mat. 11.

alijs misit: qui quæ dicta à Christo audissent, ac
gelta uidissent, cæteris renunciarent; atque in eius
se disciplinam omnes deinceps vna mente & ani-
mo traderent: quem ex diuinis miraculis, & cœle-
sti doctrina expectatū Messiam esse cognoscerent.
Hoc igitur die probandum nobis est, quod à no-
bis euangelica narratio requirit, Christum esse
Messiam à Deo Iudæis ante legem, & in lege, ac
prophetis promissum. Et quidem primò Christi
nomen cum Messia nomine congruit, nā qui Græ-
cè Christus; Latinè Vnctus, Hebraicè dicitur Mes-
sias. Hoc ipsum scribit Euangelista Ioannes, Inue *Io. 1.*
nimus Messiam, quod est interpretatum Christus.
Vnctionem in scripturis sacris duplicē notamus,
alteram exteriorem, cùm corpus oleo perungitur,
alteram interiorem, cùm animus cœlesti gratia per-
funditur: quæ olim lœtitiae nominatur; quia uero,
& solido gaudio totum animū afficit. Nā vt oleum
ignem, sic animū cœlestis gratia nutrit. Res autem
quæ nutrit, eadē quoque lœtificat id, quod nutrit,
& a Deo quidem gratia per Spiritum sanctum pro-
cuiusq; capacitate fidelium animis infunditur: uerū
Christo infinitè sinè modo & mensura data est; vt *Io. 3.*
de eius plenitudine omnes acciperent. Igitur qui *Io. 1.*
præ cæteris unctus oleo lœtitiae, atque omni cœle-
sti decore cumulatus à Deo est, iure Messias, siue
Christus nuncupatus est. Iudæi uero interiorem
hanc Sancti Spiritus unctionem minimè intuen-
tes, sed exteriorē illam, qua Reges apud eos unge-
bantur, neque humilem & obscurum Christi ad-
uentum recipientes, sed illustrem cum potestate
maxima, & imperio expectantes, sibi persuadent
Messiam omnium regum, quotquot unquam sunt,
fuerunt, & erunt, potentissimum fore: per quem
q̄si aliquando in alijs populis, & nationibus do-
minabuntur:

B

18 DOMINICA II.

minabuntur : nec Messiam nisi merum hominem, non etiam Deum uolunt, quanquam regum , & prophetarum , immo uero & Angelorum sapientia, virtute, dignitate præstantissimum, ac præclarissimum omnium . Sed qui Messiam oportuit Deū, & hominem simul esse, qui dignè pro peccatis hominum satisfaceret , hoc primum à nobis astruendum est . Sit autem huius disputationis aditus , quod nostræ religionis est fundamentum ; nempe Adam humani generis parentem à Deo totius mundi effectore de limo terræ formatum fuisse, possumusque in paradiſo uoluptatis, ut operaretur, & custodi ret illum; ac iuſſum de ligno Scientiæ boni, & mali non comedere, de ceteris uero comedere : ipsum verò neglexisse diuinum mandatum, & de vetito fructu comedisse : ita miserum & infelicem se, & omnes suos posteros perditum iuissse. Si quidem ob imminutam diuinam maiestatem unum cum posteris æterna morte damnatus est. Debetur enim sceleri poena , & diuinæ maiestatis iniuriæ debetur æterna pena ; quoniam æterna est diuini numinis maiestas. Nulla igitur ratione mortalium parens Adam , cuius definita uis erat , pro facinore, quo diuinam autoritatem, & dignitatem, qua infinita est, læserat, dignè satisfacere poterat: quando finiti cum infinito nulla est comparatio. Aut igitur homini sempiterna poena pro suo scelere sustinenda fuisset, aut maiore aliqua, & diuina uirtute opus, qua ab æterno suppicio liberaretur . Et fas quidem erat Deo, penes quæ est summa rerum potestas, homini culpam, & penam remittere; uerum tunc nullam habuisset iustitiaz rationem , sed sola tantum usus clementia fuisset; quæ liberaliter condonat iniuriam, sed si multatum sempiterna pena hominem uoluisset, solam iustitiam sine clemencia

*Gen. 1.**Gen. 2.*

tria seruasset. Atque omnes viæ Domini , omnia ; inquam, Dei opera, siue diuinorum operum rationes, quæ viæ Domini vocantur, quia nos in Dei cognitionem ducunt, sunt, sicut David ait, misericordia, & veritas, siue iustitia: quam vocat veritatem, quoniam in veritate fundatur . Requirite quæso testamenta Dei, spectate diuina opera , perpendite ipsorum rationes, cognoscetis profectò dulcem, & rectum Dominum, semper cum iustitia misericordiam, & cum misericordia coniunxisse iustitiam . Si ergo dignè pro suo crimine satisfacere homo non poterat, nec diuina iustitia locum ullum tenuisset, si Deus illi clementer animaduersionem , & poenam omnem remisisset, quid fuerat factò opus, ut à peccati vinculo, & nexu sempiternæ penitè iuste, ac legitimè liberaretur ? Attendite Auditores Charissimi diuinum, & admirabile consiliū ; atque incredibilis pietatis singulare mysterium agnoscite. Deus pater Deum filium in terras misit , vt humanam carnem assumeret, ac factus homo delicti poenam pro homine sua morte, ac sanguine lueret. Itaque satisfecit homo pro homine , qui de læsa diuina maiestate pena tenebatur æterna, & diuinæ iniuriæ satisfacere potuit, qui ratione diuinitatis in eadem persona coniunctè cum humanitate vim infinitam habebat . O summam sapientiam , quæ saluandi generis humani uiam eam inuenit, qua primi hominis casum absque villa diuinæ iustitiae diminutione leuaret . O inauditam charitatem, qua se Dei filius ad mortem obculit pro hominis salute , cuius temeritate fuerat diuina violata maiestas . Proinde licet omnia diuina opera misericordiam cum iustitia contineat, tamen in quibusdam misericordia , in quibusdam est iustitia clarior, uelut in priore Christi aduentu

B 2 magis

20 DOMINICA II.

magis est perspecta clementia, in posteriore magis erit manifesta iustitia; ille benignitatis, hic æquitatis proprius. In priore aduentu Christus mitis, in posteriore seuerus; in priore dulcis, in posteriore rectus; in priore amabilis, in posteriore formidabilis; in priore placabilis fuit, in posteriore inexorable erit. Ceterum naturæ humanæ à Dei filio assumptionem Theologi tum incarnationem, tum missionem vocarunt: incarnationem quidem, quia verbum caro factum est; non quod in carnem mutatum sit, sed quod naturam humanam, siue hominem assumperit: quem anima, & corpore constanter sacra scriptura modò carnem, qua corpus maxima ex parte compactum est, ut illic, Videbit omnis caro salutare Dei, modò animam appellat per figuram Synecdochem, quæ pro toto partem usurpat, ut illic, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Vocarunt autem rerum sacrarum periti humanæ naturæ à Dei filio susceptionem, incarnationem à parte sensibus aperta magis, & nota, ut vera haberetur, & parte ignobiliori ad declarandam magis humilitatem filij Dei, quam imitaremur, & parte, quæ primū hominem Adam flexit ad peccandum, ut nostram carnem primi hominis peccato uitiatam incorrupta Christi carne sanatain intelligeremus. Nec philosophorum argumenta, quibus probare nituntur incarnationem Dei nullo pacto fieri potuisse, quicquam ponderis habent. Nam quod aiunt naturam diuinam esse simplicem, immutabilem, & impatibilem, nos quoque concedimus: sed negamus naturam diuinam ab incarnatione vel admitionem ullius rei admisisse, vel ullam pertulisse mutationem. Nam etiam copulata cum natura humana, sempere adem manet. Si qua vero mutatio facta est, illa fuit huma-

*Luc. 3.**Ro. 19.*

nx

de naturæ, quæ coepit esse, cùm antè nulla esset, ipsa uia sua mutabilis, atque patibilis. At humanæ naturæ assumptionem nominauere missionem, propter diuinæ personæ originem, quām filius dicit à patre, quippe in missione diuina duo spectantur, & is, à quo mittitur, & id, ad quod mittitur, in incarnatione qui misit, est pater; quoniam filius à patre procedit: id uero, ad quod missus est filius, est natura, quam induit. Neque est missus à patre tanquam à superiore inferior, cùm filius patri sit natura, & virtute æqualis, sed tanquam is, qui non est à se ipso, sed à patre. Quarè diuina missio non ullum imperium, sed tantum diuinæ personæ originem notat.. Proinde mitti non patri, qui à nullo, sed filio, qui à patre, & spiritui sancto, qui ab utroque est, conuenit: mittere uero conuenit ei, qui alterius est origo. Suntque diuinæ missionis termini duo, alter æternus, quoniam diuina processio est æterna, alter uero temporalis, quoniam id, ad quod diuina persona missa est, certo tempore fuit. Quamobrem Messias, qui æternam originem dicit ab æterno patre, & humanam carnem accepit à mortali matre, uerè ac rectè missus dicitur. Quam missionem Euangelista Ioannes Theologorum summus, nobis multis in locis maxime pere commendat. Sed proferenda sunt sacra testimonia, sacrorum inquam' vatum oracula, quæ summam habent autoritatem, & certissimam fidem. Ipsa enim Messiam, uerè Deum, & hominem esse pronunciant. Primum diuinitas Christi probatur illis verbis, quibus in Psalmo 2. Deus pater ipsum alloquitur, Filius meus es tu; ego hodie genui te. Quorum verborū autoritate B. Paulus Christum non tantum Moysi, uerum etiam ipsis Angelis anteponit. Inquit enim, cui Angelorum, sicut Chri-

Pf.s.

B 3 ito,

Hebr.s.

22 DOMINICA II.

- Phil. 2.** sto, dixit aliquando Deus, Filius meus es tu: ego
Hebr. 1. hodie genui te? Idem B. Paulus cum ait Christum
 in forma Dei esse, & splendorem patris, ac figuram
 substantiae eius, satis affirmat eum esse Deum, Deo
 patri æqualem. Nam in rebus simplicibus, quæ à
 mortali concretione liberæ sunt, forma, & id, cu-
 ius est forma, idem omnino sunt: nec substantia
 splendoris alia est à substantia lucis, è qua egredi-
 tur. Ipse quoque Christus illo Psalmi 109. ver-
Psf. 109. tulo Dixit Dominus Dominu meo, sede à dextris
Cap. 22. meis, sicut ab Euangelista Matthæo scribitur, pro-
 bat Messiam esse Deum: cæteroquin Dauid ipsum
 in spiritu non vocaret Dominum. Quod autem in
 scripturis factis uocetur filius Dauid, id ad eius
Rom. 1. pertinet humanitatem. Vnde B. Paulus Christum
Cap. 1. Deo factum ait ex semine Dauid secundum car-
 nem, & Christi genealogiam Euagelista Matthæus
 à Dauid, & Abraham dicit. Sunt quoque de Chri-
Dentio. sti humanitate illa testimonia, Prophetam luscita-
58. bit Dominus uobis de fratribus vestris, & ægredie-
Esa. 11. tur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascet-
Psf. 131. de, & requiescat super eum spiritus Domini, &
 De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
 Quod autem nascendus è Virgine in Bethlehem
 terra Iuda, quodque uendendus 30. argenteis, cæ-
 dendus, vulnerandus, occidēdus esset, etiam sacris
 oraculis prænunciatum est: quæ sciens, ne lon-
 gior sim, omitto. Illa uero testimonia ex sapien-
Cap. 18. tiæ libro, Omnipotens sermo tuus Domine de
 regalibus sedibus venit: & Esaia, Vocabitur no-
Cap. 7. men eius Emanuel, hoc est, nobiscum Deus: ex eo-
 dem Esaia, Parvulus natus est nobis, & filius da-
 tus est nobis; & factus est principatus super hume-
Cap. 9. rum eius; & vocabitur nomen eius admirabilis
 consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, pri-
 ceps

ceps pacis: ex Hieremias, Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster: ex Baruch, Cap. 3. Hic est Deus noster: in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. ex Michea, Ex te Beth-leh̄ mihi egredietur, qui sit dominator in Israēl, Cap. 5. & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. ex Abacuch, Deus ab Austro veniet, quo clara, & aeterna filij Dei generatio notatur; & iustus de monte Pharan, hoc est, vmbroso, qui mortalis carnis assumptionem designat, diuinatatem cum humanitate Christi satis planè aperteq; confirmant. Sed quid pluribus opus est testimonij? omnia sacra scripta hęc continent, nempe, Messiam Deum, & hominem esse: ut qui vel Deum, vel hominem eū esset neget, impius habeatur, Gehennæ incendio dignus. Non ergo Moyses fuit Messias, qui populo edixit post se de fratum numero Prophetam exci- tandum; à quo è malis omnibus, atque periculis eriperentur: non quisquam ex alijs Prophetis, qui Deum orabant, Mitte Domine, quem missurus es: Exod. 4. sed Christus Iesus; cuius miracula eius diuinitatē, & humanæ vitæ officia eius humanitatem quadam quasi demonstratione declarant. Quid autem ante legem, & in lege, ac Prophetis Messias à Deo patribus Iudeorum promissus sit, deinceps Auditores Charissimi, ostendamus. Ante legem promissus est, quando Deus serpenti, qui primam mulierem Euam deceperat, comminatus est, Inimicitias ponam inter te, & mulietem, & semē tuum, & semen illius: & ipse conteret caput tuum. quod quidem dictum est de Christo filio B. Virginis Mariæ; qui Diaboli potentiam, fraudesque confregit. Et quidem vinci Dæmon nisi à fortiore se non potuit: nec decuit vinci nisi ab homine. nam hominem ipse deuicerat. Homo Dæmone fortior fuit

24 DOMINICA II.

- Luc. 11.** Christus: qui superueniens Diabolum custodientem atrium suum expugnauit, & vniuersa arma eius abstulit, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Idemq; Christus in lege promissus est, vt in libro Deuteronomij legimus: in quo Moyses Dei nomine populo dixit, Prophetā de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. De hoc Prophetā etiam alij Prophetę scripsérunt. Esaias, Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creavi eā. & Hieremias, Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & suscitabo germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit; & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Et Ezechiel, Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas; & ipse erit eis in pastorem. Et quanquam multos sacra scriptura vocat Prophetas, tamen vnum Messiam ob excellentem vitam sanctitatem, doctrinam, atque virtutem per antonomasiā Prophetam appellat. Qui etiam nuncupatur, qui venturus est; quoniam ipse unus ad dandam populo salutem venturus erat. Sic turbæ de Christo tot, ac tanta miracula faciente (sicut Euangelista Ioannes refert) dixerunt, Hic est verè Prophetā, qui venturus est in mundum. Porrò venturus erat in nomine Domini, à quo promissus fuerat: venturus etiam ipse Dominus rex, atque saluator; non autem vt alij Prophetę, qui, vt famuli, venerunt. Recte igitur Ioannis Baptistæ discipuli dum interrogare Christū volunt, sit ne Messias, his verbis rogant, Tu es, qui venturus es, an aliud expectamus? Quibus quam moderatè, sine ullo fastidio,
- Deuto. 32. 18. & 33. 2.** Deus tuus: ipsum audies. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.
- Cap. 45.** Prophetę scripsérunt. Esaias, Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creavi eā.
- Cap. 23.** Hieremias, Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & suscitabo germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit; & faciet iudicium, & iustitiam in terra.
- Cap. 34.** Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas; & ipse erit eis in pastorem. Et quanquam multos sacra scriptura vocat Prophetas, tamen vnum Messiam ob excellentem vitam sanctitatem, doctrinam, atque virtutem per antonomasiā Prophetam appellat. Qui etiam nuncupatur, qui venturus est; quoniam ipse unus ad dandam populo salutem venturus erat. Sic turbæ de Christo tot, ac tanta miracula faciente (sicut Euangelista Ioannes refert) dixerunt, Hic est verè Prophetā, qui venturus est in mundum. Porrò venturus erat in nomine Domini, à quo promissus fuerat: venturus etiam ipse Dominus rex, atque saluator; non autem vt alij Prophetę, qui, vt famuli, venerunt. Recte igitur Ioannis Baptistæ discipuli dum interrogare Christū volunt, sit ne Messias, his verbis rogant, Tu es, qui venturus es, an aliud expectamus? Quibus quam moderatè, sine ullo fastidio,
- Cap. 6.** Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas; & ipse erit eis in pastorem. Et quanquam multos sacra scriptura vocat Prophetas, tamen vnum Messiam ob excellentem vitam sanctitatem, doctrinam, atque virtutem per antonomasiā Prophetam appellat. Qui etiam nuncupatur, qui venturus est; quoniam ipse unus ad dandam populo salutem venturus erat. Sic turbæ de Christo tot, ac tanta miracula faciente (sicut Euangelista Ioannes refert) dixerunt, Hic est verè Prophetā, qui venturus est in mundum. Porrò venturus erat in nomine Domini, à quo promissus fuerat: venturus etiam ipse Dominus rex, atque saluator; non autem vt alij Prophetę, qui, vt famuli, venerunt. Recte igitur Ioannis Baptistæ discipuli dum interrogare Christū volunt, sit ne Messias, his verbis rogant, Tu es, qui venturus es, an aliud expectamus? Quibus quam moderatè, sine ullo fastidio,
- Ma. 11.** Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas; & ipse erit eis in pastorem. Et quanquam multos sacra scriptura vocat Prophetas, tamen vnum Messiam ob excellentem vitam sanctitatem, doctrinam, atque virtutem per antonomasiā Prophetam appellat. Qui etiam nuncupatur, qui venturus est; quoniam ipse unus ad dandam populo salutem venturus erat. Sic turbæ de Christo tot, ac tanta miracula faciente (sicut Euangelista Ioannes refert) dixerunt, Hic est verè Prophetā, qui venturus est in mundum. Porrò venturus erat in nomine Domini, à quo promissus fuerat: venturus etiam ipse Dominus rex, atque saluator; non autem vt alij Prophetę, qui, vt famuli, venerunt. Recte igitur Ioannis Baptistæ discipuli dum interrogare Christū volunt, sit ne Messias, his verbis rogant, Tu es, qui venturus es, an aliud expectamus? Quibus quam moderatè, sine ullo fastidio,

dio, quāmque etiam ad rem aptè Christus respon-
deat, Auditores Charissimi, videte. Non arrogan-
ter ait, ego sum, ne de se ipso testimonium dicere
videatur, obijciaturque illi, Tu de te ipso testimo- Io. 8.
nium perhibes; sed candidè simpliciterque respon-
det, Euntes renunciate Ioanni, quæ à me facta, &
dicta vidistis, & auditis. Cęci vident, claudi am-
bulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui
resurgunt, pauperes euangelizantur. & beatus,
qui non fuerit scandalizatus in me. Primū probat
diuinitatem suam miraculorū, quæ nisi à Deo
fieri nequeunt, argumento: Nam cęcis aspectum,
surdis auditum, claudis ingressum, leprosis mun-
ditam, mortuis vitam, solo uerbo ad punctū tem-
poris restituere, solius Dei proprium est dominan-
tis uniuersitati rerum, atque omnia nutu suo, &
uoluntate mouentis. Est enim, Auditores Charif-
simi, quod propriè miraculum uocatur id, quod
aut uincit naturæ uires, aut præter modum natu-
ralem fit, aut etiam contra prius ordinemq; nature.
Etenim Deus rerum naturaliū parenti naturæ tri-
buit uim, & potestatem formas è materia tāquam
è silice scintillas excutiendi, ac rem quainq; certo
habitu, & insignibus ornandi; unde sunt rerum ua-
riæ generationes: noluit tamen eam posse, ubi for-
mam aliquam expressit, aut habitum aliquem for-
mauit, iterum eandem formam, si extincta sit, elice-
re, uel eundem habitum, si conscius sit, reficere.
Tum certum ipsi modum præscripsit, quem suis
muneribus exequendis seruet, ut uidelicet mate-
riam, priusquam ipsam cum forma coniungat, cer-
tis sensibilibus qualitatibus afficiat. id quod sine
motu, & tempore non facit. Nec quidem natura
ullo munere fungitur sine motu, & tempore. Quare
mortuum in uitam reuocare, aut deperditum ocu-
lorum,

26 DOMINICA II.

lorum, uel aurium sensum restituere, hoc naturæ uim, & facultatem uincit: solo autem uerbo ad punctum temporis leprosum mundare, morbosq; curare, nulla sensilium qualitatum facta naturali mutatione, istud præter naturæ prescriptum modum fit. Contra naturæ uero uim, & ordinem parit uirgo. Hæc autem miracula non facit nisi unus, uetus, & uiuus Deus: qui nullis naturæ legibus subiectus est, sed imperium ipse tenet in omnia. Christus igitur est Deus, qui illæ miracula facit.

At uero notate quod Christus discipulis Ioannis ea miracula in primis a se facta memorat, quæ ab Esaias prænuntiantur: ut se Messiam in Prophetis a Deo promissum agnoscant.

Inquit enim Esaias, Dominus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc apertientur oculi cœcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus, claudus; & aperta erit lingua mutorum. Addit & his maius miraculum;

scilicet, quod suo iussu mortui resurgunt; ut maiorem sibi fidem habeant. Suam quoque doctrinam esse, qualiter prædicta Esaias ostendit. Ille enim

*Esa. 42. uice Messiae inquit, Euangelizare pauperibus misit
¶ Luc. me: & Christus, Pauperes euangelizantur a me.*

20. Quæ quidem doctrina cœlestem sapientiam redollet, ut sicut miracula diuinâ potētiam præferunt.

Porrò Christi doctrina diuina est, non solum quia nullius accipit personam; sed etiam quia nos a terrenarum, & caducarum rerum ad cœlestium, & æ-

ternarum studium traducit. Nam docet rebus omnibus, quas possidemus, renunciare, ut promptiores, & expeditiores sumum Ducem, & Imperatorem Deum ad cœlum sequamur. Mox ubi diuinitatem suam certis miraculorum argumentis, & doctrinæ rationibus firmauit, afferit uitæ, mortisq; suæ conditionibus humanitatem, subiungens, & beatus.

beatus, qui non fuerit scandalizatus in me: hoc est,
 quem humilitas uitæ meæ non læserit, neque im-
 becillitas humanitatis offenderit. Quæ imbecillita-
 tis in eius passione, ac morte maximè apparuit: &
 eam Iudæi Christo pendenti è cruce potissimè ob-
 iecerunt, dicentes, Alios saluos fecit, se ipsum sal-
 uum facere non potest. Ob hanc turpissimam, & Matt. Cap. 27.
 acerbissimam Christi mortem, eius corpus Mani-
 chæus noluit uerè humanū fuisse, sed occulta qua-
 dam arte confictum. Plotinus uero ipsum esse Deū
 negauit; quod diuina maiestate putarit indignum
 mortem, & isthanc mortem perpeccum fuisse. Sic
 ille Christi humanitatem humilem, & patibilem,
 hic diuinitatem sublimem, & impatibilem naturā
 inficiatus est. Sed cuiquam uideri mirum potest,
 cur Christus, cui sunt à patre omnia tradita, uitam
 humilem & pauperem maluit, quam opibus & po-
 tentia claram, & illustrem ducere? nimis quia
 non uenit mundo imperare, sed ipsum à peccatis
 saluare, & è terra in coelum erigere. id quod ipse
 uerbis illis edixit Pilato, Regnum meum nō est de
 hoc mundo: & cuidam eum roganti, Dic fratti
 meo, ut det mihi partē hæreditatis respondit, Quis
 me constituit iudicem super uos? Venit porrò hu-
 milis, ut ipsum caperemus; uenit pauper, vt ip-
 sum imitaremur. Nam si diuina cum maiestate
 uenisset, quis hominum capere illum potuissi-
 set? aut quis terrenas opes & honores contempsi-
 set, si his ille abundasset? Nec fieri potest, ut quis
 animo terrenis opibus incubans, cœlestibus stu-
 deat. Omitto quod pro humana redēptione nun-
 quam morte à quoquam affectus fuisset, si magnæ
 dignitatis, & maiestatis splendorem obtinuisset.
 Quæso, Auditores Charissimi, quænam res homi-
 nem è Paradiso voluptatis eiecit? superbia. cut
10. 18. Luc. 18.

28 DOMINICA II.

animantia homini , cui subiecta fuerant , non parent ? quoniam homo diuinæ legi non paruit . quamobrem homini , cuius gratia cuncta creata sunt , labore , & sudore parandus est victus , atque vestitus ? ob avaritiam . Christus igitur pauper , humiliis , & usque ad mortem crucis Patri obediens factus est , ut hominis supebiam , avaritiam , & inobedientiam , uitia , quæ nobis aditum ad celos intercluserant , tanquam foedissima , & immanissima monstra exemplis vitæ suæ contunderet : vnde nobis cum Deo pax , & internos ipsos concordia es- set . Nec verò possunt infideles Iudæi peruersitatem suam excusare , quod Christum nō receperint , quia Messiam esse ignorauerint ; quod humilem , & contemptum vitæ habitum gesserit . Nam ipsamet

Zacc. 9. sacra scriptura Messiam humilem & pauperem venturum , prædixit illis verbis . Exulta satis filia Sion , iubila filia Hierusalem ; ecce rex tuus venit tibi iustus , & saluator , & ipse pauper ; atque etiam tépus eius aduentus certum & definitum prænunciauit .

Cap. 2. Nam , ut omittam oracula Habac . Veniens veniet ,

Cap. 3. & non tardabit ; & Malachiæ Statim veniet ad templum sanctum suum Dominator ; in Genesi adueni-

Gen. 49. tus Messie satis apertè prænotatur verbis illis . Non auferetur de Iuda scepterum , scilicet regia potestas , nec dux de fœmore Iacob , donec veniat , qui mitendus , est . Nam ante Messie aduentum Iudæi à suis vel regibus , vel ducibus regebantur : quibus cautum erat regem alium , aut ducem facere , quam Iudæum . Quero nunc ab illis , eo tempore , quo natus est Christus , quem regem , aut quem ducem Iudeum habebant ? certe nullum . Tunc enim temporis Herodes Ascalonita homo alienigena degente Idumæa Iudeorū regno potiebatur . Is in Bethlehem natum intelligens Messiam , quæ Iudei palādi-

dicitabant vniuersis gentibus imperaturum, ne ab eo, ubi adoleuisset, regno spoliaretur, omnes infantes à bimatu, & infra in Bethlehem iussit occidi; ut ipsum communī omniū infantium cæde implicatum de medio tolleret. Huic Herodi Ascalonite, Herodes Antipater filius in Iudeorum regno successit: qui Ioannem Baptistam in carcerem coniecit, quoniam ab eo reprehendebatur, quod turpiter, ac nefariè Philippi fratri uxorem Herodiadē haberet: petentiq[ue] filiæ caput Ioannis ē ceruicibus abscissum sibi dari, quod bellè in coniuio saltasset, nequiter annuit. Christum quoque ad se missum à Pilato, vt eius causam, qui grauissimè à Iudeis accusabatur, cognosceret, irritis; indu tumq[ue] ueste alba, tanquam stolidum & amētem, ad eundem Pilatum remisit Satis igitur apertè aduentum Messiae Iudeorum regni amissio declarauit. Declararunt quoque lxiij. annorum hebdomadæ, quæ à Daniele Propheta ad Messiae aduentum, sicut illi prædictum ab Angelo fuerant, effluixerant. Quid memorem statuam habentem caput aureum, pectus argenteum, ventrem, & fœmora ærea, pedes ferreos, fictilesque; quibus membris quatuor imperia mundi denotabantur, Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, quæ Christus edomuit atque compressit; veluti saxum ē vertice montis sinè manibus excisum statuam illam confregit, atque comminuit? Ipse enim solus ubique terrarum, & gentium uerè omnium rex & dominus colitur: eiusque sedes imperij in urbe Roma collocata est; quæ Romanorum, quod latissimè patuit imperij, & gloriæ domicilium fuit, ne dicam quod aduentus Christi de terra Idola sublata sunt, quæ tollenda tempore Messiae Zaccharias Propheta prædixerat. Quām rectè igitur Christus eos re

Cap. 13.

præhen-

Mar. 6.

Dan. 9.

Dan. 2.

30 DOMINICA II.

Mat. 10 prēhendit, quod aduentum suum non cognouerint, Hipocritæ, inquiens, faciem cœli nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probastis?

Cap. 5. quāmquām etiā recte per Esiam prophetam conqueritur, cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit. Non cognouit autem, quia crēdens Messiam venturum non ad saluandos homines à peccatis eorum, sed ad liberandos Iudæos è dominatu Gentium, ac diuinijs, & opibus amplificandos, magnificum, & gloriosum ipsius aduentum expectabat, atque adhuc expectat, sed cum suo maximo malo. Nos autem credimus uenisse Messiam, ut

Gal. 4. Iudæos, qui sub lege erant, redimeret, & gentes, quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent: atque omnes adoptionem filiorum Dei reciperent. Nec verò Christi aduentus ad sal

uandos homines in mundi finem differri debuit; sic enim quām paucissimos saluasset: nec statim post Adæ peccatum uenire decuit; sic enim minùs experientia cognouissemus quid diuina gratia posset: sed ubi homines experti essent neque infita ratione, nec scripta lege posse saluari, sed egere gratia Dei, tunc uenire decuit, ut apud nos diuina gratia quām plurimum ualeret. Et quanquām ad saluandos omnes homines missus est, tamē corporis sui præsentia tantummodo ad Iudæos potissimè uenit, quibus in lege, & prophetis à Deo promissus fuerat: quippe è quibus erat nascendus ut in Deu-

Cap. 18. teronomio legimus; Prophetam suscitabit uobis Dominus de fratribus vestris. Hoc est, quod Christus mulieri chananę dixit, non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Hoc autem

Mat. 15 non ita dixit, quod non etiam ad saluandas gentes sed quod prius ad Iudæos corporis sui præsentia missus

missus sit post mortem vero ad Gentes. Quocirca B. Paulus dico, inquit, Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum. Sed tamē aut odium sanctitatis Christi, aut inuidia virtutis, aut cupiditas pecunie, aut cupiditas dominandi Iudaeorum principum, & sacerdotum mentes ita excœauit, ut veritatem ipsam omni luce clariorem minimè aspicerint: & quem vnicè diligere, & sequi debuerint, odio gratis habuerint, & occiderint. Sic (ut B. Paulus scribit) obtusi sunt sensus eorum: sic facta est cœcitas ex parte Israel. Post hanc cœcitatem intravit plenitudo gentium: de qua in Esaia, Dedi eū ducē gentibus: & in Psal. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Quando igitur, Auditores charissimi, agnoscitis Messiā esse Christum Iesum, qui nos ab impio Demonum cultu retraxit, & à crudelissima tyranni de eripuit, magis, ac magis vos oro & obsecro, ut venientem ad uos ducem salutis, authorem vite, datorem glorie, honorificentissimè recipiatis.

*Rom. 15**1. Cor. 3**Cap. 55.**Psal. 17*

DO-

C O N C I O .

De præcursore Domini.

Luc. 3.

I Regum mos est, Auditores Charifimi, cùm in urbem aliquam ire statuerunt, præmittere, qui ciuitatem in ea moneat, vt vias muniat, & hospititia paret, mirū nemini sit, quòd Dei filius in hunc mundum venturus vnam omnium hominum urbem Ioannem Zachariæ Sacerdotis filium virum multarum virtutum notis insignē præmiserit, qui clamaret, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Sed vereor ne, cùm audistis Pharisæos à Iudeorum Sacerdotibus, & Leuitis ab Hierosolymis ad Ioannem agentem in deserto loco legatos fuisse, vt illū interrogarent quis esset, vobiscum ipsi cogitare ceperitis, quam obrem ista legatio missa sit? siquidem sciebant ipsum esse filium Zachariæ Sacerdotis de vice Abbia ex vxore Elisabeth de filiabus Aaron. Proinde velle scire vos arbitror causam, quæ Iudæos ad mittendam isthanc legationem impulerit. Nos Deo iuuante vobis ipsam aperiemus: vt ex Pharisæorum interrogatione, & Ioannis responsione planum, & perpicuum fiat Ioannem nō Messiam, sed præcursem fuisse Messia. Erat diebus Ioannis Hierosolymis Iudææ regionis principe urbe, vbi studium sacrarum scripturarum maximè exercebatur, celebris fama, & apud omnes diuulgata opinio Messiam aut iam venisse, aut proximè ventum;

rum; quod regiam potestatem amississent, & efflu-
 xissent à Daniele usque in diem illum annorum
 hebdomadæ lxij. Nam pro diuinorum uatum ora-
 culis amissio regni aduentum Messiae, numerus ue-
 rò hebdomadarum certum tempus eius aduentus
 prænunciabat. Cùm autem nobiliorem, sanctio-
 rem, iustiorem Ioanne viderent neminem, existi-
 marunt ipsum esse Messiam. Nam sciebant ipsum
 esse filium principis sacerdotum, prognatum no-
 bilibus parentibus, ortum stirpe sacerdotali, & re-
 gia, singulari Dei beneficio procreatū à prouectis
 ætate parentibus, natum ingente cum omniū gau-
 dio & lætitia: neque ignorabant austoram, incor-
 ruptam, & sanctam vitam, quam à pueris in deser-
 to loco solitarius, ac remotus ab omnium hominū
 consuetudine, & oculis egerat: videbantq; illum
 ad se venientes in Iordane fluui baptizare; quo
 munere Prophetarū ante ipsum functus unquam
 fuerat nemo: nec non audiebant liberè, & asperè
 increpantem scelestorum hominū facinora, & præ-
 dicantem fructus poenitentiæ dignos. Ob has ita-
 que causas induxerant in animū Ioannem esse Mes-
 siam. Quare delegerunt è Sacerdotibus, & Leui-
 tis præstantiores aliquot, legatosque ad eum mise-
 runt; à quo discent, an Messias, an Helias, an Pro-
 pheta esset. Sic ergo interrogant, Tu quis es? es Io. 1.
 ne Messias, qui uenturus est in mundū ad liberan-
 dos è gentium seruitute Iudeos? Hæc porrò uer-
 ba reticuerunt; quod à Ioanne satis intelligi pu-
 tarent: qui, ut Lucas Euangelista refert, intellige-
 bat hoc ab uniuerso populo cogitari. Illis Ioan-
 nes promptè, & aperte respondet, se non esse Chri-
 stum, siue Messiam. Et confessus est, inquit Euan-
 gelista Ioannes, & non negauit: & confessus est, Cap. 1.
 quia non sum ego Christus. Postquam respondit

C non

34 DOMINICA III.

non esse Messiam, quæsierunt an esset Helias? Neq;
hoc temerè quæsiciunt. Nam Deus per Malachi,
Prophetam missum se Heliam Thesbitē prolon-
gerat; qui cutru in cœlum raptus fuerat: Ecce ego
mittam vobis Heliam Prophetam, antequām ve-
niet dies Domini magnus, & horribilis: & conuer-
tet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres
eorum; ne forte veniam, & percutiam terram ana-
themate. Itaque persuasum habebant Heliam Pro-
phetam in hunc terrarum orbem ante aduentū Mes-
siae redditurum. idq; animaduertitur ex verbis, qui
bus discipuli Christum magistrum suum interro-

Mat. 17 gant; Quomodo dicunt Pharisæi, quia Heliā opor-
tet primum venire? Ioannem verò multis rebus
Heliæ similem cernebant, victus asperitate, morum
sanctitate, virtutum doctrina, iustitiae studio, reli-
gionis æmulatione. Sed Ioannes illis etiam negat
se esse Heliam: & verum dicit. Non enim est He-
lias Thesbites, de quo illi querunt, Helisæ magi-
ster, Achab regi Israël, & Iezabel eius vxori scele-
stissimæ inuisus: verum est ei spiritu, & virtute si-
milis, atque etiam officio Domino præundi par.
qui, ut Helias posteriorē Messiae præbit, sic ipse
priorem antecipiuit aduentum. Et quidem, ut Heliam
promisit Deus per Malachiam ante posteriorē Mes-
siae aduentū, sic etiam promisit Ioannem ante prio-
rem per eundem Malachiam, Ecce ego mitto An-
gelum meum ante faciem tuam; qui præparabit
viam tuam ante te. Hoc sanè Angelus Domini præ-

Cap. 3. dixit Zachariæ Ioannis patri, Ipse præcedet ante
Dominum in spiritu, & virtute Heliæ, ut conuer-
tat corda patrum in filios, & incredulos ad pruden-
tiam iustorū, parare Domino plebē perfectam. Et

Læt. 1. Zacharias deinde filio, Præbis ante faciem Domi-
ni parare vias eius. Hoc ipsum quoque Christus
Luc. 1. discipu-

discipulorum interrogationi, quām modō memo-
rauius, respondet, Helias quidem vēturus est, & Mat. 17
restituet omnia. Dico autem uobis, quoniam He-
lias iam uenit: & non cognouerunt eum; sed fece-
runt in eo quæcunque uoluerunt. Tunc, inquit,
Euangelista, cognouerunt discipuli, quia de Ioan-
ne Baptista dixisset eis, quem Herodes interfici ius-
serat. Postquām uero etiam negauit Ioannes se es-
se Heliam, rogarunt illi, num esset aliquis Prophe-
ta singularis à Deo missus alicuius magni nego-
tij gratia? Propheta nomen est Græcum, Latīnō
diceretur vates, siue fatidicus; qui præuidet, præ-
dictique futura, quæ procul à noſto conſpectu, &
scientia sunt: quanquām interdum rerum diuina-
rum pronunciatorēm, seu prædicatorem significat.
dictusque etiam est à uidendo, uidens: quod res
alijs obscuras ipſe uideret, ac futuras, tanquām
præſentes. Illustratus diuino lumine cerneret: quip
pe Deo cuncta præſentia; & audia sunt. licetque
dicatur etiam Propheta, qui res præſentes, sed oc-
cultas patet facit; tamen Propheta propriè rerum
futurarum est. Sunt tamen nonnulli, qui uentura
quædam prædicunt, ut Astrologi, Physici, ac rerū
periti, & prudentes viri: sed ea, quæ prædicunt,
ipſi non uident, ideo illorum prædictio ſepiſſime
vana, & mendax est; non autēm uident; quia nul-
lo diuini numinis ſplendore illuminantur; sed tan-
tum vel ex ſiderum obſeruatione, vel ex caſarum
naturalium animaduertione, vel ex rerum agendis
rum uſu coniſciunt potius, quām prædicunt futu-
ra: Dæmones quoque tum ob naturæ, qua uigent
ſubtilitatē, tum ob maximum rerum uſum, quem
habent, quædam futura præuident; sed ea cum e-
nunciant, multis mendacijs cōponunt, ut mentes
ſtultorum hominum decipient: verumtamen ea,

C 2 quæ

36 DOMINICATII.

quæ longè remotæ sunt, & in diuina mente recordata, nullo modo præuidere possunt. At propheta non ex villa naturali notatione, quod futurum est, prædictit; sic enim propheta non esset, sed quia illud tanquam præsens diuino lumine contuetur. Diciturque in libro præsciætiæ diuinæ videre: quia veritas rerum prophetæ menti à Dei præscientia inest. Ceterum in propheta, dum prophetat, duo spectantur, & rerum, quas cernit, imagines, & lumen diuinum, quo illas cernit. Quæ rerum imagines similes earum, quæ prædicuntur, quandam speculi similitudinem habent. Rerum species vel sub sensu aut exteriori, aut interiori, qui Latinè cogitatio, Græcè phantasia nominatur, vel sub intelligentiam cadunt ab omni sensibili, & corporeâ conditione solare. Et Deus quidem figuræ rerum sensuum exterioribus sensibus interdum obijcit: quarum tamen significationes nulli vult notas esse, nisi suo propheta: velut ea, quæ rex Chaldeorum Balthasar uidit in pariete scribi, solus Dei propheta Daniel interpretatus est. quandoque in hominis etiam dormientis cogitatione, seu phantasiam vel nouas rerum imagines fingit, vel eas, quæ illic asservuantur, ita componit, ut manifeste, quæ sunt ventura, præmonstrent. Et quamuis homo possit cogitatione formas sensuum rerum effingere, non tamen ita effinget, vt abditaram rerum, & in diuina mente repositarum significationes habeant. Proponit etiam propheta mēti quandoque rerum credendarum, & agendarum species, quas & sua luce illustrat, vt populum doceat quæ deo credere, quæ agere in vita debeat. Porro quod à Deo Prophetæ cognoscendum proponitur est in diuina mente repositum. Quarè nullius vi mentis attingitur, sed tantum diuina luce perspicitur. Quæ diuina

dæmina lux, quia tunc solum porrigitur, cum Deus prophetæ arcanum aliquod ostendit, quod alijs edicat, ideo propheta non est à natura: nee prophe-tia est habitus animi: quia sic propheta, quotiescumque vellat, futura prædicaret: at nō semper af-flatu diuino, & noua diuini luminis indiget illu-stratione. Nonnunquam ipse met Deus Prophætæ loquitur ea, quæ sciri ab alijs vult, ut Elaias in-quæt, Quæ audiui à Domino exercituū Deo Istaél Cap. 28. annunciaui uobis. Nam Deus per Prophetas po-pulo suo voluntatem suam aperuit, atque ipsum de credendis, agendisque rebus, quæ potissimè ad diuinum cultum pertinerent, instruxit; ac certis tem-poribus certos prophetas ad monendum, docen-dumque populum utilia, & salutaria misit: Dat igi-tur in gentibus prophetas Deus: cuius donum est prophetia. Cum ergo Iudæi viderent Ioannem docentem populum, ac prædicantem eximiam re-zum diuinatum scientiam, mira etiam facientem per legatos suos, an esset aliquis propheta singula-riter à Deo missus, etiam interrogarunt: quando nec Messias, neque Helias esset. Crēdebant enim aliqui, proximè ante aduentum Messiae venturum illum, de quo in Deuteronomio scriptum est, Pro-phetam de gente tua, & de fratribus tuis susci-tabit tibi Dominus Deus tuus. Sed his verbis descri-bitur Messias. Non igitur Ioannes se negat esse Prophetam, qui à patre suo Zaccharia uocatus est altissimi Prophetæ, sed illum excellentissimum Pro-phetam, scilicet Messiam, qui in Deuteronomio de scribitur: vel negat se esse similem prioribus Pro-phetis, qui venturum Christum prænunciarunt; nam ipse præsentem monstrauit certis sibi signis à Deo cœlitus indicatum: ideo à Christo uocatus plusquam Prophetæ. Idcirco etiam Christus dixit Jo. 1. Mat. 11.

38 DOMINICA III.

Mat. 11. Prophetas, & legem usque ad Ioannem prophetarū se; quoniam qui venturum Christum prædicauit, usque ad Ioannem perfuerunt; qui præsentem ipsum Christum indicauit. Vnde omnibus Prophetis, qui ante ipsum fuerunt, etiam Dauidi, qui de incarnatione Christi plura, quam alij propheta uit, etiam Moysi, quem Iudæi maximum propheta rum vocant, quod Deum viderit, antecelluit; quia Christo proximus fuit. Et fuit Ioannes ultimus Prophetarum veteris testamenti, & doctorum noui testamenti primus: quia primus omnium benè, sancteque viuentibus à Deo celestia præmia constituta esse præconis voce pronunciauit. Hoc enim inter vejs, & nouum testamentum intererit; quod illud terrenorum, hoc cœlestium bonorum continet promissionem. Quarè noui testamenti doctores Ioannem imitari debent, tum contra mias voluptates victus, cultusque tenuitate, tum contra improborum hominum facinora magni, & costantis animi firmitate, tum contra errores, atque hæreses sacrorum librorum sana, & perfecta eruditione, atque doctrina. Tandem ubi se neque Messiam, neque Heliām, neque Prophetam esse Ioannes palam & aperte confessus est, Iudæorum legati, ut responsum aliquod redderent ijs, à quibus missi fuerant, percunctati sunt quis esset, si neque Messias, neque Heliās, neque Propheta esset? ac quam autoritatem, quamue potestatem haberet, ut nouum, & inusitatum baptizandi ritum induceret? Illis Ioannes primum quis sit declaratus de suo baptismo pauca differit; ut non Messias, sed Messie precursor esse credatur. Inquit enim, Ego uox clamatis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta. Quod autem se his verbis, quibus se uocem vocat, Messiae

Cap. 40. præ-

præcursum declarat, eo quod Dei filius est verbum
 Dei patris, ex his, quæ dicentur intelligeris. Vox
 est sonus ex animantis ore ab aere à pulmone re-
 spirato, & ad gurgulionem percusso editus; qui
 aut animi affectum aliquem exprimit, aut rem ali-
 quam conceptam mente significat. Et est vel natu-
 ralis nullis formatus literis, quales sunt voces be-
 stiarum, ut latratus canum, balatus ouium, ganni-
 tus vulpium, rugitus Leonum, mugitus taurorum,
 hinnitus equorum: quales etiam sunt quædam hu-
 manæ voces siue dolentis, siue indignantis, siue ir-
 ridentis, siue admirantis animi signa; vel certis lite-
 ris formatus est ad explicandam rei, quam intel-
 ligentia concepit, notionem: quam notionem La-
 tini philosophi vocant animi passionem. Proinde
 ut differentes sunt diuersarum gentium literæ, sic
 etiam differentes sunt voces ipsarum rerum notæ.
 Vnde rem eandem sæpe differentes voces significan-
 cant: quæ, ut literæ pro cuiusque gentis libitu va-
 riè figuratae, sic ipsæ variè pro cuiusque arbitratu-
 excogitatae, ac tanquam certæ notæ certis rebus
 impositæ sunt. Cæterum tam intellectæ rei notio,
 quam vox huius notionis signum vocatur verbum,
 sed illud interius, hoc exterius; illud intelligentia,
 hoc oris; et si Grammaticis verbum non semper
 omnem vocem significat, sed tantum eam, que uim
 aliquam vel faciendi, vel patienti quidpiam notat,
 unam ex octo partibus, quas tradunt, orationis.
 Quamobrem vocis significatio patet latius, quam
 verbi: quippe vox est ut genus, quod plures spe-
 cies continet; verbum vero est ut species, quæ sub
 genere collocatur. Nam omne verbum est vox; no-
 autem omnis vox est verbum, quippe vox & est so-
 nus quidam vel certis formatus literis, vel nullis
 certis literis effictus; & est cum verbum, tum ver-

40 DOMINICA. III.

bi sonus, sīnē quo verbum minimē sentiretur: verbum autem est vox certis literis formata, & ad declarandum intellectae rei notionem inuenta. Vox igitur, quæ est tum verbum oris, tum huius verbi sonus, qua est verbum oris, est nota interioris verbī; qua verò est sonus, facit sentiri oris verbum. Si quidem per sonum verbum percipitur. Neque etsi inter verbum, & sonum quicquam medium. Iam qua ratione Ioannes dicatur vox Dei consideremus; si prius illud aduenterimus quo modo Dei filius sit uerbum Dei. Dum se ipsum Deus intelligit, concipit notionem sui: quæ diuinæ mentis est partus; nominaturque, ut diximus, verbum; habetque eandem immortalem, & immutabilem, quam pater, essentiam, sed differentem respectum; quod essentia patris à nullo est; filij verò à patre. Ioannes itaque prout indicat Christum eterni patris filiū, Dei verbum, diuinam prolem vniogenam, patri charissimum, è cœlo missum ad tollenda peccata mundi, vocatur diuini verbi vox; hoc est, interioris diuini verbi verbum exterius: prout verò Christus per os Ioannis clamat in hoc deserto mundo, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius, Ioannes vox Christi clamantis, hoc est, sonus uerborū Christi nominatur; per quem, inquam, Christi verba sentiuntur. Etenim Deus & interiore afflatus in nobis, & per os alicuius sancti Prophetæ, seu prædicatoris nobis extra nos loquitur. Et quamuis Deus per ora sanctorum, qui à seculo fuerunt, prophetarum suorum loquutus semper sit; tamen nullus dictus est vox Dei, nisi Ioannes; quia solus Christum proximè anteuiuit; sicut vox, siue sonus proximè verbum, quod exit ex ore, antecedit; & solus Messiam præsentem ostendit, quem alii Prophetæ longè antè prænunciarunt. Nec verò aliud

Ioan-

Luc. 3.

Luc. 1.

ADVENTVS. 41

Ioannes sonat, quām quod Christus clamnat. Clamat Christus pœnitentiam agite: hoc ipsum ante
 Christum personuit Ioannes. Neque est a liud pœnitentiam agere, quām viam Domini parare. Sic
 Ioannis sermo non est Ioannis, sed Christi: ipse tātum linguæ, & oris officium subministrat. Quare
 vtriusque est eadem doctrina. Recte igitur Ioannes Christi præcursor est; quia ipsum præcedit, ut
 vox verbum, ni forte quis illud Vox clamantis ve-
 lit interpretari vox clamans: quod se Ioānes Chri-
 sti præconem dicat diuino iussu mōnentem alta
 voce, ne quis non audisse præconem se excuset, ut
 viam Domini parent. Hoc enim præconis offi-
 cium est; nempe, quę ab alijs fieri rex velit, hæc ip-
 sa pronunciare. Itaque Dei verbum Ioannis men-
 tem, & linguam ad prædicandam pœnitentiam in-
 formauit. Atque ut vōce, sic etiam re, ut inquām,
 prædicando, sic etiam baptizando Ioannes aduen-
 tum Christi, in quēm crederent, alijs annunciauit;
 instruxitque illorum mentes ad recipiendam célé-
 stem gratiam, quę sordes animi delet. Dū etenim
 in Iordane flumio uenientes ad se lauabat, ipsos ad
 Christi baptismum instituebat. Nam quemque mo-
 nebat dolere, damnareque peccata: quorum pœni-
 tido quidam quasi ingressus ad Christi báptismū
 est. Cū enim sciret suo baptismo non lauari nisi
 corpus, non autem animum, quia fundere abluen-
 tem peccata gratiam non poterat, sed Christi ba-
 ptismo peccatorum maculas abstergi; atque hunc
 Christi baptismum non prodeesse nisi ijs, qui
 de cominiſſis contra diuinam legem facinoribus
 acerbum animo sensum doloremque perciperent,
 ad agendam pœnitentiam hortabatur. Ergo
 pœnitentiam docens, illorum animos ad Christi
 baptismum aptè congruenterque parabat. Quare
 Ioan-

Mat. 4.
Mat. 5.

Ioannis baptismus dictus est penitentiæ; Christi vero baptismus gratiæ. Hoc igitur inter Ioannis, & Christi baptismum interest; quod illo tantummodo corpus lauabatur, hoc etiam animus. Quocirca interrogatus Ioannes cur baptizaret, respondit, Ego quidem vos baptizo in aqua in penitentiam; qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. Cuius rei signum fuit

10.1.

Matt. 3.

de celo in specie columbae descendens Spiritus sanctus, & manens super Christum. Ex quo intelligitur sacramenta veteris testamenti signasse, non contulisse gratiam, quæ iustificat hominem; sed noui testamenti sacramenta, quæ à Christo instituta, eiusque morte, & sanguine confirmata sunt, signare, & conferre gratiam, quam signant. Hac ergo penitentiæ baptismi ratione Ioannes habitus etiam est Christi præcursor, qui etiam præcursor Christi fuit ratione prædicationis. Ac multa cognomenta ex prædicatione, & baptismo adeptus est. Dictus enim est Præcursor Domini, quia Dominum præiuit. Dictus est vox Christi, quia sonus fuit uerbi, quo Christus in deserto clamabat. Siquidem instinctu diuino commotus prædicauit eadem, quæ Christus postea prædicauit. Dictus quoque est Dei Præco; quia parati uias Domini alta uoce Dei nomine pronunciauit: eademque ratione dictus est Angelus, nam præcones græcæ Angeli cognominantur: quonia in alijs pronunciant, quæ à dignitate & potestate superioribus accipiunt pronuncianda. Ioannes uero Christi aduentum, & Dei scientia missus à Deo pronunciauit, sicut Deus ipse per Malachiam prophetam ait, Ecce ego mitto Angelum meum, et preparabit uiam ante faciem meam. Ne uero puta, ut quidam perperam arbitrati sunt, Ioannem fuisse non officio, sed natura Angelum: cetero-

Cap. 3.

ceteroquin re uera homo non fuisset, nihilque humānum & mortale pertulisset: sed naturae quidem conditione hominem, officij uero munere Angelum: quando & sacerdotes, qui Dei uoluntatem a lijs annunciant, in scripturis sacris nominātur Angeli; ut in Malachia legimus, *Labia sacerdotis custodiunt scientiam;* & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est. Dicitus est præterea Ioannes à Davide *Lucerna Christi;* illuc Paraui lucernam Christo meo: quia Christū ostendit esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Dicitus insuper est ab eodem Davide *Iustitia;* illuc, Iustitia ante eum ambulabit; hoc est, Christum præcedet Ioannes: quem idēo iustitiam uocauit; quia poenitentiam prædicaturus esset, que prima est hominis iustitia: quippe qua in se ipso punit, que contra diuina præcepta commisit. Quam Davidis sententiam Christus cōfirmat, dum inquit phariseis, *Venit ad uos Ioannes in uia iustitie,* & non creditis ei. Nam illis poenitentiam prædicauit, quam aspernati sunt. In qua uia iustitie Ioannes, ut idem David etiam prædixit postulit gressus suos, non solūm poenitentiā uerbis prædicando, sed etiam poenitentiā conuenientē uitam agendo tenui uictus; & uestitu aspero, qui, ut Matthæus, & Marcus Evangelistæ scribunt, habuit uestimentum de pilis camelorum, & zonā pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius fuit locusta, & mel syriæ. Sed quæret forte quispiam, cur Deus ad annunciatum filij sui aduentum potius hominem miserit, quam Angelum; cum saepe à Deo missos Angelos, ad homines in scripturis sacris legamus? Responderi huic poterit, ad eximios quosdam homines ad breve tempus missos Angelos fuisse; at ad omnes homines decuisse hominem mitti, quæ in terribi uesperatetur,

Cap. 2.

Pſ. 31.

Pſ. 84.

Mat. 22

Pſ. 84.

Cap. 3.

Cap. 1.

44 DOMINICA III.

- Cap. 3.* retur, & uiueret. Ioannes ergo ad testificandum Messiae aduentum non à se uenit, sed, ut Malachias prædictit, missus à Deo. Et à Deo quidem se missum ipse Ioannes ait, cùm inquit se ignorasse Messiam, antequam sibi à Deo demonstratus fuisse; sed eum, qui ipsum miserat baptizare in aqua, sibi dixisse, Super quem uideris Spiritum descendenter, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Ioannes Euangeliſta quoque Ioannem Baptistam perhibet à Deo missum fuisse ad testificandum Christum esse lumen illuminans mundum. Lucas etiam Euangeliſta non à se uenit se Ioannem ad prædicandum Christi aduentum, sed à Deo missum scribit illis uerbis, Factum est uerbum Domini super Ioannem Zachariæ filium; hoc est, à Deo mandatum est Ioanni Zachariæ filio, ut in omnem Iordanis regionem ueniens prædicaret baptismum poenitentiarum. Atque hoc etiam *Cap. 40.* Esaię scripto probatur, quo Ioannem uocat Christi uocem clamantis in deserto, Parate uiam Domini. Itaque & ueteris, & noui testamenti scriptura probatum est, Ioannem à Deo missum ad perhibendum de aduentu Messie testimoniū. At quomodo missus à Deo sit, inquiet aliquis, non legimus, interiore, an exteriore iussu? Evidēt dixit & interiore Dei afflato, & de cœlo voce dela pſa: et si hoc scriptum non est. Neque enim omnia, quę circa mysterium Christi facta sunt, mandata literis sunt. Et quoniam in diuini verbi bono prædicatore diuina gratia requiritur, magnam à Deo gratiam Ioanni collatam fuisse nomen ipsum Ioannis declarat, quod significat. In quo gratia, uel Plenus gratia. Ac singulari gratia repletus est, qui à Deo in utero matris sanctificatus est: id quod duobus, aut ad summum tribus hominibus

bus ex omnibus diuinitus concessum fuisse legimus. Quocircà nomen illi non temerè, vel ab hominibus, sed à Deo per Angelum impositum est.

Sic etenim legimus in Euangelio Lucæ ab Angelo imperatum Zacharię, ut filio, qui illi nasceretur nomen Ioannes imponeret. Atque ut ortus, sic etiam vita Ioannis prædicabilis fuit. Nam postquam ex infanthia excessit, in desertum locum puer secessit, atque ab hominum cœtu & commercio sese remouit, ne cuinsquām consuetudine labem villam vel vitę, vel nominis contraheret; atque ut etiam rerum diuinarum contemplationi liberiūs, ac modius sese dederet; qua sapientior euaderet, ac Deo charior fieret. Quam rerum diuinarum cognitionem atque scientiam ut contemplando ex diuinino fonte hausit, sic in alios deinde prædicando effudit. Proinde quæ de Christo, quem nunquam viderat, prædicauit, quod est filius Dei, & agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & qui in Spiritu sancto baptizat, ea non cognationis, non humanae benevolentie gratia, sed diuino iussu, & aflatu prædicauit: & uerissima esse necesse est, quoniam, quæ prædicauit, illi à Spiritu sancto dictata sunt, qui est spiritus veritatis. Nullam igitur in eorum leuitatem, nullam mobilitatem, nullam inconstitiam animi cernes, ut arundini similem eum dicas; quod inanis glorię cupidus, nihilque solidę virtutis habens subitis auris popularibus huc, illicque flectatur, nullas quoque blanditias, nullam assentationē, nullam malitiam notabis, ut adulatorem uoces; quod blanda mendacia dicat, ut imperitis hominibus placeat: quorum inanem gratiam, & falsum rumorem aucepitur. Adulatores enim, & mollib. vestibus induiti, qui, inquam, delicatam vitam agunt, & aliorum gratię

Luc. 1.

46. DOMINICA III.

viæ deseruiunt, iij in domibus regum sunt. At Ioannes in deserto loco procul à conopeetu hominum; asperrimo induitus uestimento, tenuissimo contenitus uictu, soli Deo seruiens, solam ueritatem insuetur, nec nisi uera proloquitur: neque solum in vita, sed etiam in dictis suis eandem seruat grauitatem, atque constantiam. Cuius exemplo diuinus verbi prædicator debet esse uerax, & grauis; debet mollem & delicatam uitam fugere; debet magnorum virorum palatia, & magna nomina vitare. Ac recte nonnulli Ioannem tentorio, quod in introitu tabernaculi erat, assimilant. Nam tentorium illud confectum erat ex hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta, quæ Ioannis significant hyacinthus regni cœlorum prædicationem, byssus retorta virginitatem cum vitæ austерitate, coccus bis tinctus dilectionem Dei, & proximi, purpura martyriū. Vides Dei præconem, vides virginem, vides à matris utero sancti, vides martyrem: de quo grauissimum, & maximum testimonium illud Christi fuit. Inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. Et decebat quidem eum, qui proxime Christum, tanquam Lucifer Solem, præiret, cæteris sanctiorem esse: perinde ut qui regi propriores sunt, digitate alijs antecellunt. Hoc Christi de Ioanne testimonio nullum aut dici, aut cogitari, aut optari maius potest. Proinde vitæ, virtutisque sua: præconem Ioannes alium non desiderat. Nos cùm eius sanctitatis excellentiam, & amplissimum dignitatis gradum suspiciemus, etiam dictis eius, & monitis obtemperabimus: ut ad recipiendam diuinam gratiam, quæ est pignus æternæ gloriæ, corda nostra, sicuti fideles Christi deoet, bene, diligenterque paremus.

Domini-

Dominica IIII. Aduentus.

C O N C I O.

*De Domini nostri per gratiam in
nos Aduentu.*

SEMPE equidem optaui, A. C.
semper id vobiscum egi, ut ne quis
vestrum aut improbus, aut segnis
haberetur: quod diuino nuncio mo-
nitus viam Domini parare vel im-
piè noluerit, vel turpiter neglexerit.
Sed quænam est uerba isthæc cunctatio? vnde? aut
quamobrem? Vereor ne rerum terrenarum cura,
seu corporis voluptas cum malo dæmoni semper
aliquam moram, & impedimentum vobis iniiciat,
ut aliquibus semper laqueis irretiti teneamini. An
fôrtè quibus rebus sit noster animus ad recipien-
dum Deum præparandus scire desideratis? Id ego
vobis edisseram, ac simul bona, quæ ex eius presen-
tia nobis eueniant, exponam. Verum imprimis
quo pacto Deus in nostros animos ueniat, licet hac
de re disputatum à nobis alias sit, tamé hoc etiam
lôco pluribus dicetur, ut recta ingrediatur oratio.
Neque enim semper eiusdem rei molesta est expli-
catio: præsertim cum aut idem alijs verbis exponi-
tur: aut, quæ sâpe parum firma & stabilis est, me-
moria refricatur. Non dubium est, A. C. Deum es-
se in omnibus rebus: quia res omnes à Deo, per
Deū, & in Deo sunt, quâdo nulla res extra Deū est.
Itaq; nulla res in hac uniuersitate vel est, vel viruit,
vel

48. DOMINICA III.

vel sentit, vel intelligit absque Deo. Ipse cum communibus, simul & proprijs causis, ut pote prima, & princeps omnium causa, singula efficit: ipse cum calore, & elementis conflat in venis terrae metalla: ipse cum Sole, & virtute, quae in semine est differentes partes habentis corporis formatrix, gignit herbas, arbores, & animantes, unam hominis, quem ceteris animantibus praefecit, animam de nihilo simplicem, & immortalem solus creat, solus etiam humano corpori a se inserit. Quamobrem neque intelligere, neque velle quidpiam possumus absque Deo, a quo sunt omnes nostri animi uirtutes. Etenim quibusque rebus ad obeunda certa munia suae convenientia naturae proprias quasdam vires & potestates ingenuit. Est ergo Deus in nobis, & ad opera nobis naturalia nos sua praesentia, & ope adiutat. Neque tunc, cum animi nostri uires ad naturalia nobis opera iuuat, venire ad nos dicitur: quia communi, quo in omnibus est, modo nobis semper est presens: sed cum mentem nostram supra ipsum vires erigit ad cognoscendum, & optandum ipsum verum, & summum bonum, quod neque intelligere, neque velle unquam a se ipsa posset, & a cuius cognitione, & possessione summa ipsi felicitas est, tunc Deus, licet in nobis sit, tamen in nos venire dicitur: quia nouo, & inusitato more se cum homine gerit, ut ipsum beatum faciat. Et quidem creator, & moderator omnium rerum Deus statuit cuique rei proprium finem, tribuitque ad ipsum finem peculiares vires, atque apta uiri instrumenta: homini vero rationis capaci, sicut etiam Angelio, praeter naturalem finem, quem attingere vi sua posset, alium proposuit supra naturalem, celestem, inquam, beatitudinem: ad quam consequenda singulari quodam, & celesti opus auxilio sit. Quod quidem

quidem auxilium est fides; quam charitas format,
& beatos nos efficit. Est enim hominis beatitudo
à Dei cognitione, & charitate non quidem naturali,
sed infusa diuinitus. Et duabus porrò vijs in
Dei cognitionem venimus, naturali, & diuina, nē
quis malit dicere supernaturali. Illa nos in erro-
rem aliquem interdū inducit; hæc nullo vnuquam
pacto errare nos patitur. Via naturalis est ea, quam
insita homini ratio ex se init: dum nimirūm vni-
uersitatis motus, & gubernationem considerat.
Nam ab uno principio p̄edere vniuersa, & ab una
præstantissima natura res inter se pugnantes regi
oportere intelligit. Cūm enim omne, quod mo-
uetur, moueri ab alio necesse sit, ni tandem esset
aliquid mouens principium immobile, infinitas
esset motus, à qua infinitate & ratio, & natura ab-
horret: quoniam infiniti nulla est cognitio; neque
vlo res ordine constant, quarum non est aliquod
principium, & finis. Hoc sanè mouens principiū
immobile est Deus. Tum etiam tot, ac tantæ, quæ
in hoc mundo sunt, res inter se differentes, atque
contrariæ, si non ab una principe natura regeren-
tur, quo iunctæ modo? quo sociatæ foedere? qui-
bus nexæ vinculis inter se cohærescerent? Hanc
principem naturam esse Deum asserimus. Sic per
ea, quæ facta sunt à Deo, quædam quasi diuini nu-
minis vestigia, B. Paulus Apostolus ait philoso-
phos Dei virtutem, atque diuinitatem agnouisse. Rom. 1
Est altera tunc, & rectior ad Deum cognoscen-
dū via, non humanis adumbrata commentis, sed
diuini conformata p̄ceptis. Quam viam, quo-
niam abdita, & à nobis remota sensibus est, ne-
que per nos inuenire, neque mentis nostræ oculis
spicere possumus; sed diuino lumine egemus,
quod fidei lumen vocatur, quoniam hoc lumine

D mens

50 DOMINICA CHII.

mens hominis illustrata diuinis oraculis & enunciatis absq; ulla hæfitatione assentitur. Itaq; cùm fidei lumen nostris mentibus ad percipienda diuina mysteria portigit Deus, tunc ad nos appellere dicitur. Quem ad nos Dei appulsum Theologivō cant per fidem aduentum: quia fide sui notitiam, quam nullo nos sensu, nullaque cogitatione capitemus, nostris animis diuinitus ingenerat. Atq; vt Deum naturali, & diuina notione cognoscimus, sic etiam naturali, & diuino amore diligimus. Naturalis amor est is, quo Deum, vt principiū, à quo sumus, regimur, & conseruamur, appetimus, qui fanè amor omnibus rebus creatis affixus, & insitus à natura est: vocaturq; à Theologis amor concupiscentiæ, diuinus vero amor, quem ijdē Theologi benevolentiæ amorem nuncupant, est is, quo Deum præ omnibus rebus singulariter amamus, & vt summum bonum, charum habemus. Hanc charitatem supereminente (ut B. Paulus loquitur) omni humanæ scientiæ non infert natura, sed per Spiritum sanctum suum Deus in nostra corda diffundit, vt suam nobis vitam, & gloriam impertiatur. Quarè non naturæ donum, sed Dei proprium munus est: quo qui donatur, habet cum Deo mutuanth benevolentiam, & beatitudinis æternæ communicationem. Ergo Deus per fidem, & charitatem ad nos venit, cùm sui veram cognitionem, & amore in nostris animis creat. Et quoniam charitatis, & fidei radix est diuina illa gratia, quam gratum faciem vocant, hunc ad nos Dei per fidem, & charitatem aduentum sacramentum rerum periti vocant aduentam per gratiam; eundemq; non aspectabillem; quoniam diuina gratia sub aspectum non cadit, quæ corporea, & tractabilis non est. Quia de gratia deinceps A. C. dicetur. Describitur hęc gratia

ta esse qualitas quædam non ex animæ dimanans
essentia, sed à Deo animæ infusa, præclarè ipsam
componens, & ornans ad participandam naturam
diuinam, & æternam gloriam consequendā. Quæ
qualitas, quoniam non est nobis naturalis, cetero
quin nos per nos ipſi possemus ad illius gloriæ co-
lestis adeptio[n]ē mouere, sed est singulare Dei do-
num, notata est nomine gratiæ. nam gratia inter-
dum significat donum. Et quamuis omne Dei do-
num recte gratia nominetur, quod sola diuina li-
beralitate, & beneficentia donetur: nam si nobis
pro nostris meritis daretur, non donum, sed mer-
ces esset: tamen donum, seu beneficium, quo nos
Deus diuinę naturę participes facit, & in coelestis
glorię societatem aſciscit, precipue gratia nomina-
tur. Idcircò B. Petr⁹ Apostolus ait à Deo per Chri-
ſtum, per quem diuina haec gratia confertur, maxi-
ma, & pretiosa nobis promissa eſſe donata, ut cō-
fortes ſimus diuinę naturę. Hac informatus ani-
mus intelligit ea, quæ nunquā à ſe caperet: ac vult
ea, quæ nunquām a ſe vellet. Et quia totum animū,
tanquam habitus quidam, ornat, habitualis gratia
nuncupatur, quæ eſt uestis illa nuptialis, ſinē qua
nemo dignus, qui ſummi regis filij nuptijs inter-
fit, habetur, & quia uirtutes animi, ſive potentias
perficit, intelligentiam quidem veri cognitione,
voluntatem uero ſummi boni amore, perfectio ani-
mi vocatur. Sed & animi uita dicitur, quatenus a-
nimō uitalem motum impertit. Nam uitalis motus
animi eſt uerum cognoscere, & bonum appetere:
ſicut uitalis motus arboris eſt vigere, & animalis
etiam ſentire. Reclam autem intelligentiam, & bo-
nam uoluntatem haec ſola Dei gratia comparat.
Quamobrem ut anima eſt corporis, ſic gratia eſt
animę uita. nam ſic anima mouetur à gratia, ut cor-

s. Petr.

D 2 pus

52 DOMINICA III.

pus ab anima. Vnde, quia generatio est, cum in anima forma coniunctio, & diuina gratia perinde est anima forma, ut anima corporis, iure, cuius anima formatur ab hac gratia, is dicitur regenerari. Dicitur autem regenerari, quia prius anima corpus informat, quam animam gratia, quae, quia forma est essentia rei, nam dat rei ut sit, & in certo ratione genere sit, profecto animam diuinam facit. Adhuc dicitur gratia gratum, sive charum faciens, quia laudem Deo tum veri cognitione, tu boni amoris simile reddit. Deus enim seipsum intelligit, & amat, ut pote ipsum verum, & ipsum bonum. Est autem omne simile simili charum. Nec tamen (quod saepe diximus) a se ipso potest homo ipsum verum cernere, & ipsum bonum appetere, sed eget diuina gratia, quae mentem illustret ad videndum verum, & voluntatem afficiat ad amandum bonum. Etenim mens, quae est animi oculus, ut rerum naturalium rationes sine lumine naturali non percipit, sic rerum, quae diuinatus enunciatur, cognitione sine diuina, & supernatura luce non percipiet. Hac equidem lux mentem nostram, quasi lucernam quandam, accedit, quae aceensa tenebras e nobis expellit, atque totum animum illustrat. Recte itaque David cum Deo loquens inquit, Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illuminat tenebras meas. Quod si nos a nobis verum, & summum bonum cognoscere non possumus, neque a nobis appetere poterimus: sed gratiam, quae mente illustrat, eadē voluntatē afficit. Sic bona voluntas est a Deo; mala vero non a Deo, quae contra Deum est, sed suu virtu mala est; quoniam a diuina virtute desciscit. Hac porro, quae de loquimur, gratia non solum post parētis nostri peccatum, quo se, & nos perdidit, necessaria est, verum etiam ante ipsum peccatum ad consequendam aeternam

Pf. 17.

æternam gloriam homini opus erat. Quid, quod etiam Angeli hac gratia eguerunt, ut Deo summo bono adhaerenter? quia nimis tamen se leitas tem nulla vis, nisi divina contingit. Ergo si haec gratia necessaria erat ante peccatum ad comparandam æternam beatitudinem, post peccatum non ne multo magis erit ad iustificandum hominem; ergo ad confirmandas animæ vires à peccato debilitatis necessaria? Atque ut gratum, sic etiam iustum; & sanctum faciens gratia dicitur; per quam scilicet a Deo peccatorum veniam; & culpatum' absolutionem obtainemus. Verum in primo hominis, in quo conditus est, statu, quem propter vice rectitudinem (nam à Deo rectus creatus est) innocentia statum vocant Theologi, nullius peccati maculam infusa. Ecclesiæ
s. 7.

gratia de nostro animo deterisset; quia tunc nulla erat peccatum: at post virtutem primi hominis frigatio humanam naturam, nō infunditur gratia; quin peccatum aliquod deleat. Non potest igitur esse peccati venia sine gratia: et si potuit conferti gratia, nulla cum esset opus venia peccati. Nec dices gratiam cum peccato in eadem anima confistere, nam peccatum & gratia magis inter se pugnant, quam frigus & calor. Quæ autem inter se contraria sunt, in eadem sede simul esse non possunt. Quid autem gratia dicatur esse similis aquæ, id ex eo est, quia maculas, quas è peccatis anima contrahit, eluit, & ardorem malæ cupiditatis restinguat, ac bonas cogitationes, & sancta desideria, quæ gignit, souet: Diciturque in æternam vitam, saliens aqua, quoniam in æternam gloriam hominem, qui ex ipsa bibebit, prouehit. Cuius aquæ fons est Deus: a quo bonum omne dimanat. Ac quando peccati condonatio à Dei maxima clementia, & mi-

44 DOMINICA III.

- Cap. 3.* retur, & uiueret. Ioannes ergo ad testificandum Messiae aduentum non à se uenit, sed, ut Malachias prædictit, missus à Deo. Et à Deo quidem se missum ipse Ioannes ait, cùm inquit se ignorasse Messiam, antequām sibi à Deo demonstratus fuisse; sed eum, qui ipsum miserat baptizare in aqua, sibi dixisse, Super quem uideris Spiritum descendenter, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Ioannes Euangeliſta quoque Ioannem Baptistam perhibet à Deo missum fuisse ad testificandum Christum esse lumen illuminans mundum. Lucas etiam Euangeliſta non à se uenit se Ioannem ad prædicandum Christi aduentum, sed à Deo missum scribit illis uerbis, Factum est uerbum Domini super Ioannem Zachariæ filium; hoc est, à Deo mandatum est Ioanni Zachariæ filio, ut in omnem Iordanis regionem ueniens prædicaret baptismum pœnitentiaz. Atque hoc etiam *Cap. 40.* Esaię scripto probatur, quo Ioannem uocat Christi uocem clamantis in deserto, Parate uiam Domini. Itaque & ueteris, & noui testamenti scriptura probatum est, Ioannem à Deo missum ad perhibendum de aduentu Messię testimonium. At quomodo missus à Deo sit, inquiet aliquis, non legimus, interiore, an exteriore iussu? Evidem dixerim & interiore Dei afflatu, & de coelo voce delata: et si hoc scriptum non est. Neque enim omnia, quę circa mysterium Christi facta sunt, manuata literis sunt. Et quoniam in diuini verbi bono prædicatore diuina gratia requiritur, magnam à Deo gratiam Ioanni collatam fuisse nomen ipsum Ioannis declarat, quod significat. In quo gratia, uel Plenus gratia. Ac singulari gratia repletus est, qui à Deo in utero matris sanctificatus est: id quod duobus, aut ad summum tribus hominibus

bus ex omnibus diuinitus concessum fuisse legimus. Quocircà nomen illi non temerè, vel ab hominibus, sed à Deo per Angelum impositum est. Sic etenim legimus in Euangelio Lucæ ab Ange-
Luc. 1.
 lo imperatum Zacharię, ut filio, qui illi nasceretur nomen Ioannes imponeret. Atque ut ortus, sic etiam vita Ioannis prædicabilis fuit. Nam postquam ex infantia excessit, in desertum locum puer secessit, atque ab hominum coetu & commercio sese remouit, ne cuiusquam consuetudine labem ullam vel vitę, vel nominis contraheret; atque ut etiam rerum diuinorum contemplationi liberiùs, ac commodius sese dederet; quia sapientior euaderet, ac Deo charior fieret. Quam rerum diuinorum cognitionem atque scientiam ut contemplando ex dinino fonte hausit, sic in alios deinde prædicando effudit. Proinde quæ de Christo, quem nunquam viderat, prædicauit, quod est filius Dei, & agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & qui in Spiritu sancto baptizat, ea non cognationis, non humanae benevolentie gratia, sed diuino iussu, & afflato prædicauit: & uerissima esse necesse est, quoniam, quæ prædicauit, illi à Spiritu sancto dictata sunt, qui est spiritus veritatis. Nullam igitur in eō leuitatem, nullam mobilitatem, nullam inconstitiam animi cernes, ut arundini similem eum dicas; quod inanis glorię cupidus, nihilque solidę virtutis habens subitis auris popularibus huc, illicque flectatur, nullas quoque blanditias, nullam assentationem, nullam malitiam notabis, ut adulatorem uoces; quod blanda mendacia dicat, ut imperitis hominibus placeat: quorum inanem gratiam, & falsum rumorem aucepetur. Adulatores enim, & mollib. vestibus induti, qui, inquam, delicatam vitam agunt, & aliorum gratię

46. DOMINICA III.

siæ deseruiunt, iij in domibus regum sunt. At Ioannes in deserto loco procul à conspectu hominum; asperrimo induitus uestimento, tenuissimo contenitus nictu, soli Deo seruiens, solam ueritatem insuetur, nec nisi uera proloquitur: neque solum in vita, sed etiam in dictis suis eandem seruat grauitatem, atque constantiam. Cuius exemplo diuinī verbi prædicator debet esse uerax, & grauis; debet mollem & delicatam uitam fugere; debet magnorum virorum palatia, & magna nomina vitare. Ac testè nonnulli Ioannem tentorio, quod in introitu tabernaculi erat, assimilant. Nam tentorium illud confectum erat ex hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta, quæ Ioannis significant hyacinthus regni cœlorum prædicationem, byssus retorta virginitatem cum vitæ austерitate, coccus bis tinctus dilectionē Dei, & proximi, purpura martyriū. Vides Dei præconem, vides virginem, vides à matris utero sancti, vides martyrem: de quo gratissimum, & maximū testimonium illud Christi fuit. Internatos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. Et decebat quidem eum, qui proximè Christum, tanquam Lucifer Solem, præitet, cæteris sanctiorem esse: perinde ut qui regi propriores sunt, dignitate alijs antecellunt. Hoc Christi de Ioanne testimonio nullum aut dici, aut cogitari, aut optari maius potest. Proinde vitæ, virtutisque suæ præconem Ioannes alium non desiderat. Nos cùm eius sanctitatis excellentiam, & amplissimum dignitatis gradum suspiciemus, etiam dictis eius, & monitis obtemperabimus: ut ad recipiendam diuinam gratiam, quæ est pignus æternæ gloriæ, corda nostra, sicuti fideles Christi decet, bene, diligenterque paremus.

Domini-

Dominica IIII. Aduentus.

C O N C I O.

*De Domini nostri per gratiam in
nos Aduentu.*

SEMPER equidem optauit, A. C. semper id vobiscum egi, ut ne quis vestrum aut improbus, aut segnis haberetur: quod diuino nuncio monitus viam Domini parare vel impie noluerit, vel turpiter neglexerit. Sed quænam est nostra isthæc cunctatio? vnde? aut quamobrem? Vereor ne rerum terrenarum cura, seu corporis voluptas cum malo dæmone semper aliquam moram, & impedimentum vobis iniiciat, ut aliquibus semper laqueis irretiti teneamini. An fortè quibus rebus sit noster animus ad recipientum Deum præparandus scire desideratis? Id ego vobis edisseram, ac simul bona, quæ ex eius presentia nobis eueniant, exponam. Verum imprimis quo pacto Deus in nostros animos ueniat, licet hac de re disputatum à nobis alijs sit, tamē hoc etiam loco pluribus dicetur, ut recta ingrediatur oratio. Neque enim semper eiusdem rei molesta est explicatio: præsertim cum aut idem alijs verbis exponitur: aut, quæ sæpe parum firma & stabilis est, memoria refricatur. Non dubium est, A. C. Deum esse in omnibus rebus: quia res omnes à Deo, per Deum, & in Deo sunt, quod nulla res extra Deum est. Itaq; nulla res in hac uniuersitate vel est, vel vivit, vel

48. DOMINICA III.

vel sentit, vel intelligit absque Deo. Ipse cum com-
munibus, simul & proprijs causis, vt pote prima,
& princeps omnium causa, singula efficit: ipse cū ca-
lore, & elementis conflat in venis terrae metalla: ip-
se cum Sole, & virtute, quæ in semine est differentes
partes habentis corporis formatrix, gignit herbas,
arbores, & animantes, unam hominis, quæ ceteris
animantibus præfecit, anima de nihilo simplicem,
& immortalem solus creat, solus etiam humano
corpori à se inserit. Quamobrem neque intellige-
re, neque velle quidpiam possumus absque Deo, à
quo sunt omnes nostri animi uirtutes. Etenim
quibusque rebus ad obeunda certa iunia suæ con-
uenientia naturæ proprias quasdam vires & potes-
tates ingenuit. Est ergo Deus in nobis, & ad ope-
ra nobis naturalia nos sua præsentia, & ope adiu-
tat. Neque tunc, cùm animi nostri uires ad natu-
ralia nobis opera iuuat, venire ad nos dicitur: quia
communi, quo in omnibus est, modo nobis sem-
per est prælens: sed cùm mentem nostram supra ip-
sius vires erigit ad cognoscendum, & optandum
ipsum verum, & summum bonum, quod neque in-
telligere, neque velle unquam à se ipsa posset, & à
cuius cognitione, & possessione summa ipsi felici-
tas est, tunc Deus, licet in nobis sit, tamen in nos
venire dicitur: quia nouo, & inusitato more se cū
homine gerit, ut ipsum beatum faciat. Et quidem
creator, & moderator omnium rerum Deus statuit
cuique rei proprium finem, tribuitque ad ipsum fi-
nem peculiares vires, atque apta uiriū instrumen-
ta: homini vero rationis capaci, sicut etiam Ange-
lo, præter naturalem finem, quem attingere vi sua
posset, alium proposuit supra naturalem, cœlestem,
inquam, beatitudinem: ad quam consequendā sin-
gulari quodam, & cœlesti opus auxilio sit. Quod
quidem

quidem auxilium est fides, quam charitas format,
& beatos nos efficit. Est enim hominis beatitudo
à Dei cognitione, & charitate non quidem naturali,
sed infusa diuinitus. Et duabus porrò vijs in
Dei cognitionem venimus, naturali, & diuina, nē
quis malit dicere supernaturali. Illa nos in erro-
rem aliquem interdū inducit; hæc nullo vñquam
pacto errare nos patitur. Via naturalis est ea, quam
insita homini ratio ex se init: dum nimirū vni-
uersitatis motus, & gubernationem considerat.
Nam ab uno principio p̄edere vniuersa, & ab una
præstantissima natura res inter se pugnantes regē-
oportere intelligit. Cūm enim omne, quod mo-
uetur, moueri ab alio necesse sit, ni tandem esset
aliquid mouens principium immobile, infinitas
esset motus, à qua infinitate & ratio, & natura ab-
horret: quoniam infiniti nulla est cognitio; neque
vlo res ordine constant, quarum non est aliquid
principium, & finis. Hoc sanè mouens principiū
immobile est Deus. Tum etiam tot, actantæ, quæ
in hoc mundo sunt, res inter se differentes, atque
contrariæ, si non ab una principe natura regeren-
tur, quo iunctæ modo? quo sociantæ foedere? qui-
bus nexæ vihculis inter se cohærescerent? Hanc
principem naturam esse Deum asserimus. Sic per
ea, quæ facta sunt à Deo, quædam quasi diuini nu-
minis vestigia, B. Paulus Apostolus ait philoso-
phos Dei virtutem, atque diuinitatem agnouisse.
Est altera tunc, & rectior ad Deum cognoscen-
dū via, non humanis adumbrata commentis, sed
diuinis conformata præceptis. Quam viam, quo-
niam abdita, & à nobis remota sensibus est, ne-
que per nos inuenire, neque mentis nostræ oculis
aspicere possumus; sed diuino lumine egemus,
quod fidei lumen vocatur, quoniam hoc lumine

Rom. 8

D mens

50 DOMINICA CHII.

mens hominis illustrata diuinis oraculis & enum-
 ciatis absq; ulla hæfitatione assentitur. Itaq; cùm
 fidei lumen nostris mentibus ad percipienda diui-
 na mysteria porrigit Deus, tunc ad nos appellere
 dicitur. Quem ad nos Dei appulsum Theologi vō
 cant per fidem aduentum: quia fidei sui notitiam,
 quam nullo nos sensu, nullaque cogitatione cape-
 remus, nostris animis diuinitus ingenerat. Atq; vt
 Deum naturali, & diuina notione cognoscimus,
 sic etiam naturali, & diuino amore diligimus. Na-
 turalis amor est is, quo Deum, vt principiū, à quo
 sumus, regimur, & conseruamur, appetimus, qui
 sanè amor omnibus rebus creatis affixus, & insi-
 tus à natura est: vocaturq; à Theologis amor con-
 cupiscentiæ, diuinus vero amor, quem ijdē Theo-
 logi benevolentiae amorem nuncupant, est is, quo
 Deum præ omnibus rebus singulariter amamus, &
 vt summum bonum, charum habemus. Hanc cha-
 ritatem supereminente (ut B. Paulus loquitur) om-
 ni humanæ scientiæ non inserit natura, sed per Spi-
 ritum sanctum suum Deus in nostra corda diffun-
 dit, vt suam nobis vitam, & gloriam impertiatur.
 Quarè non naturæ donum, sed Dei proprium ma-
 nus est: quo qui donatur, habet cum Deo mutuan-
 benevolentiam, & beatitudinis æternæ communi-
 cationem. Ergo Deus per fidem, & charitatem ad
 nos venit, cùm sui veram cognitionem, & amore
 in nostris animis creat. Et quoniam charitatis, &
 fidei radix est diuina illa gratia, quam gratum fa-
 cientem vocant, hanc ad nos Dei per fidem, & chari-
 tam aduentum sacram: rerum periti vocant
 aduentam per gratiam; eundemq; non aspectabi-
 lem; quoniam diuina gratia sub aspectum non ca-
 dit, quæ corporeæ, & tractabilis non est. Qua de
 gratia deinceps A. C. dicetur: Describitur hęc gra-
 tia

Eph. 3

ta esse qualitas quædam non ex animæ dimanans
essentia, sed à Deo animæ infusa, præclarè ipsam
componens, & ornans ad participandam naturam
diuinam, & æternam gloriam consequendā. Quæ
qualitas, quoniam non est nobis naturalis, cetero
quin nos per nos ipsi possemus ad illius gloriæ ce-
lestis adeptio[n]ē mouere, sed est singulare Dei do-
num, notata est nomine gratiæ. nam gratia inter-
dum significat donum. Et quamuis omne Dei do-
num rectè gratia nominetur, quod sola diuina li-
beralitate, & beneficentia donetur: nam si nobis
pro nostris meritis daretur, non donum, sed mer-
ces esset: tamen donum, seu beneficium, quo nos
Deus diuinę naturę participes facit, & in coelestis
glorię societatem aſciscit, precipue gratia nomina-
tur. Id circò B. Petrº Apostolus ait à Deo per Chri-
ſum, per quem diuina haec gratia confertur, maxi-
ma, & pretiosa nobis promissa eſſe donata, vt co-
ſortes ſimus diuinę naturę. Hac informatus ani-
mus intelligit ea, quæ nunquā à ſe caperet: ac vult
ea, quæ nunquām à ſe vellet. Et quia totum animū,
tanquam habitus quidam, ornat, habitualis gratia
nuncupatur, quæ eſt uestis illa nuptialis, ſine qua
nemo dignus, qui ſummi regis filij nuptijs inter-
fit, habetur, & quia uirtutes animi, ſive potentias
perficit, intelligentiam quidem veri cognitione,
voluntatem uero ſummi boni amore, perfectio ani-
mi vocatur. Sed & animi uita dicitur, quatenus a-
nimō uitalem motum impertit. Nam uitalis motus
animi eſt uerum cognoscere, & bonum appetere:
ſicut uitalis motus arboris eſt vigere, & animalis
etiam ſentire. Reclam autem intelligentiam, & bo-
num uoluntatem haec ſola Dei gratia comparat.
Quamobrem ut anima eſt corporis, ſic gratia eſt
animę uita: nam ſic anima mouetur à gratia, ut cor-

s. Petr.

52 DOMINICA III.

probat anima. Vnde, quia generatio est, cum maiestas formæ coniunctio, & diuina gratia perinde est animæ forma, ut anima corporis, iure, cuius anima fortificatur ab hac gratia, is dicitur regenerari. Dicitur autem regenerari, quia prius anima corpus informat, quam animam gratia, quæ, quia forma est essentia rei, nam dat rei ut sit, & in certo ratione genere sit, profectò animam diuinam facit. Adhuc dicitur gratia gratum, siue charum faciens, quia laudem Deo tum veri cognitione, tu boni amor te similem reddit. Deus enim seipsum intelligit, & amat, ut pote ipsum verum, & ipsum bonum. Est autem omnia simile simili charum. Nec tamen (quod sibi diximus) à se ipso potest homo ipsum verum cernere, & ipsum bonum appetere, sed eget diuina gratia, quæ mentem illustret ad videndum verum, & voluntatem afficiat ad amandum bonū. Etenim mens, quæ est animi oculus, ut rerum naturalium rationes sine lumine naturali non percipit, sic rerū, quæ diuinitus enunciātur, cognitionē sine diuina, & supernatura luce non percipiet. Hæc equidem lux mentem nostrā, quasi lucernam quandam, accedit, quæ accensa tenebras è nobis expellit, atq; totum animum illustrat. Rectè itaq; Daud cum Deo loquens inquit, Quoniam tu illuminas lucernā meā Domine: Deus me⁹ illumina tenebras meas. Quod si nos à nobis verū, & summū bonum cognoscere non possumus, neq; à nobis appetere poterimus: sed gratiā, quæ mentē illustrat, eadē voluntatē afficit. Sic bona voluntas est à Deo; mala vero non à Deo, quæ contra Deum est, sed suū vitio mala est; quoniam à diuina virtute desciscit. Hæc porrò, quæ de loquimur, gratia non solū post parētis nostri peccatum, quo se, & nos perdidit, necessaria est, ut ratiō etiam ante ipsum peccatum ad cōsequendam

Pf. 17.

æternam gloriam homini opus erat. Quid, quod etiam Angeli hac gratia eguerunt, ut Deo solum bono adhæserent? quia nimirum tantam se lexitatem nulla vis, nisi diuina contingit. Ergo si hæc gratia necessaria erat ante peccatum ad comparandam æternam beatitudinem, post peccatum non ne multo magis erit ad iustificandum hominem; atq; ad confirmandas animæ vites à peccato debilitatis necessaria? Atque ut gratum, sic etiam iustum, & sanctum faciens gratia dicitur; per quam scilicet a Deo peccatorum veniam; & culpam absolutionem obtinemus. Verum in primo hominis, in quo conditus est, statu, quem propter vitæ rectitudinem (nam à Deo rectus creatus est) innocentia statum vocant Theologi, nullius peccati maculam infusa gratia de nostro animo deterisset; quia tunc nullum erat peccatum: at post vitiatam primi hominis frigatio humanam naturam, nō infunditur gratia, quin peccatum aliquod debeat. Non potest igitur esse peccati venia sine gratia: et si potuit conferti gratia, nulla cum esset opus venia peccati. Nec dices gratiam cum peccato in eadem anima consistere, nam peccatum & gratia magis inter se pugnant, quam frigus & calor. Quæ autem inter se contraria sunt, in eadem sede simul esse non possunt. Quid autem gratia dicatur esse similis aquæ, id ex eo est, quia maculas, quas è peccatis anima contrahit, eluit, & ardorem malæ cupiditatis restinguat, ac bonas cogitationes, & sancta desideria, quæ gignit, fouet: Diciturque in æternam vitam, saliens aqua, quoniam in æternam gloriam hominem, qui ex ipsa bibebit, prouehit. Cuius aquæ fons est Deus: à quo bonum omne dimanat. Ac quando peccati condonatio à Dei maxima clementia, & misericordia

Ecclesiæ
lib. 7.

54 DOMINICA IIII.

Sericordia est (est enim diuina misericordia ex humanis miserijs ; quarum maxima est peccatum) qui hanc gratiam obtinet, scitè vas misericordie nominatur : sicut vas diuinæ iræ dicitur, in quo est peccatum : quia Deus peccatum maximè odit, & punit. Cæterum hæc iustum, sanctum, & gratum Deo faciens hominem gratia non datur nisi à Deo , à quo datur & gloria. id quod David ait, Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Nam si solus Deus peccata dimittit ; delet autem gratia peccatum : profectò hæc gratia est à solo Deo, rebus omnibus & virtute, & dignitate plurimè antecellens. Nec datur nisi credenti in Iesum Christū, qui pro nobis passus, & mortuus est : sicuti B. Paulus ad Romanos scribit, Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Ergo causa efficiens gratię tota Trinitas est, quæ est omnis boni fons, & origo: instrumentum vero cum diuinitate conjunctū est Iesu Christi humanitas, quæ coniuncta cū divina natura in eiusdem filij Dei persona est: separata vero instrumenta à diuinitate sunt Theologicę virtutes, ac sacramenta. Tribuitur autem gratię donatio Spiritui sancto; quoniam est ex singulari amore, quo nobis Deus optimè cupit. Amor vero Dei est Spiritus sanctus; cuius praesentia fit homo iustus, & sanctus. Cum igitur constitutum redemptionis humanæ tempus aduenit, quod multis oculis prænūciatum fuerat, misit Deus filium suum factum (ut B. Paulus ait) ex muliere, factum sub legi, ut eos, qui sub lego erant, redimeret; & adoptionem filij Dei recipere vasa. siquidem per Christum nobis à Deo gracia gratum faciens datur : quæ id præstat, ut diuina mandata, quæ timore poenæ servare minùs valebamus, gloria colestis amore pro-

Pf. 83.

Rom. 5.

Gal. 4.

U

ptius

ptius exequamur : per quæ in æternam uitâ aditus
pater. Optimè igitur Euangelista Ioannes lex, in-
quit, per Moysè data est: gratia, & veritas per Chri-
stum; veritas quidem: quia redemptionis nostræ à
Deo facta per Christum expluta promissio est; gra-
tia verò: quia charitatem, per quam diuina manda-
ta exequimur, Christi fides in nostris cordibus gi-
gnit. Vnde, quia legis mandata ob hanc diuinâ gra-
tiam compleuntur, aptè gratiæ tempus plenitudinis
tempus vocatur. Vocatur insuper tempus accepti
Deo, quoniam hac gratia Deo placemus: vocatur
quoq; dies salutis: quia salutem à Deo recipimus. 2. Cor. 6.
& Esa.
49.

Dicitur præterea tempus miserendi: quia nostris
anninis & calamitatibus misericors, & miserator
Dominus subuenit: atq; ob hanc diuinam clemen-
tiam, & misericordiam dicitur annus benignitatis:
neconon annus placabilis; quoniam diuina contra
nos ira placatur. Adhæc vocatur Nunc: quoniam
tempus gratiæ, quod à Christi aduentu initium eg-
pit, est sexta, & ultima ætas mundi, quam agimus.
Ex his, quæ huicque dicta sunt, A. C. cognosce-
re dicit priorem aduentum in carne filij Dei pro-
pter hunc penitentiam in nostris animis aduentum
celebrari: ut Deus in nobis maneat, & nos in Deo.
Verum illud animaduersione dignum est, quod
cum Dei filius in carne venit, dictus est venisse in
mundum; quia venit ad homines amatores mun-
dii cum vero in animos pitorum venit, non dicitur
venire in mundum: quia sanctorum animi res di-
uinas sapient, nō caducas. Sed neq; in nos Dei ad-
uentus habet notitiae missionis, sicut habet in carne
adventus filij Dei: quia sola Dei filij, qui à patre
est, persona incarnata est: at in nostros animos om-
nestræ diuinæ personæ similiter adueniuntur. Quia
re Trinitatem, quæ à nullo gît, sed ipsa est omnium.

D 4 rerum

terum principium, missam esse prauè, atque impie
dixeris. At tandem quo pacto noster animus ad
recipiendum Deum præparandus sit exponendum
est. Deus, cuius summa est scientia, & sapientia,
qui que cuncta recte, suaviterque disponit, ut natu-
ralem formam non inducit in naturalem mate-
riam, nisi apercere compositam, sic gratiam suam non con-
fert in anima, nisi decenter ornatam. Etenim aquæ
forma non recipitur in materia, quæ non prius affecta
sit frigore, & humore, duabus primis sensilibus
qualitatibus: nec contraria forma ignis, qui aquæ
contrarius est, in materiam introducitur, quæ
prius calida, & sicca facta non sit: nam quæque
formæ certas qualitates propinquas, & necessarias
amat, neque aliter peccatum alias cogitationes,
aliosq; affectus in hominis anima requirit, quam
gratia. Non enim simul in eadem anima peccatum,
& gratia, quia secum pugnant, sicuti nec ignis, &
aquæ formæ simul in eadem materia recipi possunt.
Quantum uero distent inter se peccatum, & gra-
tia ex utriusque natura, & effectis perspicitur. Gra-
tia, est donum Dei: peccatum uero est inuentum
diaboli: gratia est lux coeli: peccatum tartarea
tenebra: a gratia est animi rectitudo, nitor, atque
libertas: a peccato prauitas, foeditas, atque reatus:
gratiam charitas, pax, & iustitia: peccatum odium,
contentio, & iniustitia comitantur. Quod si lu-
ci cum tenebris, charitati cum odio, æquitati cum
iniquitate nulla potest esse societas, neque gratia
cum peccato poterit villa esse coniunctio. Proinde
in nostris animis vel gratia, vel peccatum sit o-
portet: quando medium nullum datur: siquidem
necesserest nos Deo vel gratos, vel odiosos esse.
Quamobrem ut in nostris animis celestis gratia sit,
ex ipsis peccatum omnino depellendu'est. Nec deus
pellitur

pellitur nisi poenitentia. Hoc Christi præcursor, &
 vox Ioannes in deserto Iudeæ primum omniū clā
 mavit, Poenitentiam agite, appropinquabit enim Matt. 3.
 regnum cœlorum: hoc ipsum quoq; Christus Dei, Matt. 4.
 verbum prædicare cepit: quippe cœlorum regnum
 est diuina gratia, per quā in priorū animis, qui dili-
 nis mandatis, & voluntati obtemperant, Deus si-
 gulariter regnat. Est autem penitentia de peccatis
 dolor, & ipsorum detestatio cum proposito post-
 hac illa non committendi: estque actus virtutis
 pertinentis ad iustitiam damnantem, vindicantēq;
 peccata: nā male facta, & concupita in semetipso
 punit, illa improbando, atq; dolēdo. Quæ quidem
 est (vt aliás diximus) prima hominis iustitia, & ad
 Deū veniendi via: quā tamen religio, quæ est veri
 Dei cultus, antecedit. Quis n. peccati veniam petet
 ab eo, quē minimè reueretur? aut à quo nō credit
 peccata dimitti? Sed ego fidelib. Christi loquor, nō
 infidelibus: qui vel nullius, vel falsæ religionis cul-
 tores nullum de peccatis dolorem capiunt; aut quē
 dolorem capiant ignorant. Prima igitur accedendi
 ad Deum via est religio: cuius fundamētum est fi-
 des Christi, quæ verum Deum demonstrat. Ab hac
 est poenitentia: quia dum studemus Deo placere,
 daramus ea, quæ Deo displicere cognoscimus.
 Ergo si redire in Dei gratiam cupimus, peccatū de
 nostris cordibus poenitentia ejciamus. Hac n. via
 Deus ad nos veniet, ac nobiscū manebit. Hoc Hie-
 remias prædicat, Tollite lapides de via; hoc est, pec-
 cata de cordib; vestris: & ipse Deus veniens, & vi-
 sitans vos; ponet in via parata gressus suos. Sed
 neque virtus penitentia nostro à nobis studio cō-
 paratur; verūm Dei donum est. Et quò planius
 hæc, quæ de poenitentia, diximus, intelligantur, iu-
 stificationis naturam aperteamus. Iustificatio est ab-
 iniu-

Cap. 50.

58 DOMINICA III.

In iustitia motus animi ad iustitiam ; à qua caput
 denominationem. Iustitiam intellige non unam
 è quatuor virtutibus moralibus, sed totius ani-
 mi rectam compositionem, vnde viros bonos uo-
 camus iustos, & benefacta iustificationes. Ergo iu-
 stificatio est à malo ad bonum animi conuersio .
 In qua conuersione tum Dei multiplicè virtutem,
 tum humani animi varios affectus consideramus .
 Primo Deus hominem peccatorem vel interiore
 afflatus, vel exteriore voce admonet, mouetque ad
 emergendum è peccatorum cæno, in quo iacet; at-
 que ad fontem gratiæ, qua abluatur, eundum. Hoc
 diuino instinctu commotus homo se è cæno mo-
 uet: séque, ac Deum pariter respiciens, intelligens-
 que hanc à se maiestatem eius, à quo sua salus, &
 vita est, grauiter dolet. Dolenti homini peccata,
 Deus gratiam infundit, quæ ipsum à peccatorum
 cordibus abluit. Videtis itaque Deum mouere pri-
 mò hominem ad iustitiam, illumque mox peccato-
 rum poenitentem iustificare : videtis quoque ho-
 minem sua voluntate, sed cum Dei auxilio ad ue-
 rum bonum sese mouere, ac simul peccata dolere .
 Quem dolorem, quia debet omnem animi praui-
 tatem conterere, contritionem Theologi nuncupant. Quamobrem in Deo quidem, qui hominem
 iustificat, & instinctum, quo ad se hominem mo-
 uet, & gratiam, quæ peccata ex hominis animo de-
 let, notamus : in homine vero, qui iustus fit, & li-
 berum uoluntatis motum ad Deum, & contritionem, seu grauem de peccatis dolore obseruanus .
 Quæ illo Psalmi 59. vericulo designantur, Com-
 mouisti terram ; ecce primus Dei motus, quo ad se
 hominem mouet, & conturbasti eam ; ecce homi-
 nis de peccatis dolor, siue contrito, quæ à Dei mo-
 tu est : sana conuictiones ciui, ecce infusio gratiæ,
 quæ

qua peccata delentur : quia commota est; ecce mo-
tus liberae voluntatis ad Deum. Si ergo hominis
de peccatis dolor à Dei motu est, & is dolor est po-
nitentia, certè finè Dei motu nulla est poenitentia.
Nec se quisquam iurè excusarit, quod ad poenita-
tiam à Deo non mouetur. Nam Deus vel ipse metu-
per nuncios suos semper clamat, Pœnitentiam
agite. Cuius uocem cùm auditis hoc die, hoc in-
quām tempore gratiæ, nolite obdurare corda ver-
stra. Ingressi primam hanc pœnitentiæ viam, quo-
niam à pœnitentia sunt actiones bonæ, deinceps
rectas facite semitas eius. Dei semitæ sunt iustitiæ
Dei, sicut in illo Psalmo David inquit, Deduxit me Pſ. 22.
in semitis iustitiæ. Iustitiæ Dei sunt recta opera,
videlicet cogitationes sanctæ, & actiones bonæ,
quæ à sanctis cogitationibus oriuntur. Dei semitæ
sunt à dextris, per quas itur in celum ; quæ uero
sunt à sinistris uiæ, ducunt in infernum. Vias, quæ Prou. 4.
à dextris sunt, inquit Salomon, nouit Dominus;
peruersæ sunt autem, quæ à sinistris sunt. Viæ à
dextris sunt primò angustæ, quarè semitæ uocan-
tur, sunt etiam sensibus asperæ, quare ineuntur à
paucis, sed tandem animo gratiæ, atque iucundæ
sunt. Contrà uiæ à sinistris sunt primò latæ, ac
sensibus iucundæ, quare ineuntur à multis tandem
uerò curis angoribus, folicitudinibus, molestijs, ac
que miserijs plenæ sunt. Sed obseruate præsentis
Dei signa, & diuinæ gratiæ fructus. Omnis uallis
impletur, & omnis mons, & collis humiliatur, &
sunt praua in directa, & aspera in vias planas. Pri-
mùm Deus, cùm est præsens, omnem insolentiam,
quam mons, & collis notat, deprimit, & erigit hu-
militatem, quam uallis designat. quippe, qui super
borum conatibus resistit, & in bonis humilium de-
sideria replet. Tum animi prauitatem euertit, &

actio-

60 DOMINICA III.

actionum viam rectam facit: Siquidem odit iniuriam, & iniquitatem; diligat verò iustitiam, & equitatem. Postremò totius uitæ modum optimè temperat, ut non elata superbia fastigio, non depresso desperationis abiectione, nō aspera iracundia acerbitate, non præceps levitatis temeritate, non tortuosa cupiditatis anfractibus, sed equabilis, plana, recta, stabilis, & semper sui similis sit. Qui igitur non effertur superbia, non concupiscit aliena, non acerbus est alijs, sed cum diuina suam conformat volūtatem, contentus suo, modestè cum omnibus se gerens, is, licet pro certo scire nequeat odio ne Dei, an amore dignus sit, tamē probali ductus certa etura credat se Deum præsentem; & amicam habere. Atque is sanè Dei salutare uidet, quia salutem suo Christo refert acceptam. Christus enim, quia Deus, est saluator, qua homo est salutare Dei; per quem scilicet Deus humanū genus saluauit. Quod salutare Dei nūc obscurè per fidem uidemus; at in die iudicij luiminibus corporis omnes homines cernent. Precor Deum optimum maximum, cuius ditione cuncta reguntur, ut pro sua singulari beneficiis, & charitatē moueat, & dirigat uolūtates nostras ad omnium bonorum finem: ad quem negligit, neglectis rerum terrenarum curis, spretisque vitiis, illecebris per viam salutis ipso duce, & adiutore perueniamus.

DIE

Die festo B. Stephani Pro-tomartyris.

C O N C I O.

De Martyrio.

Non est A.C. censendū incōsultē post
Dominī nostri Iesu Christi ortū, co-
li obitum eius, qui primus Christian-
næ fidei testimonium & grauissimis
verbis dixit, & morte sua cunctis ad
mirantibus, & stupētibus dedit. Nā oportet Chri-
sti fidem, & corde concipere, & ore confiteri, si iu-
stitiam seruare, & salutē consequi velimus; sicut B.
Paulus egregius Christianæ uitæ magister docet
corde credi ad iustitiā, oris verò confessionē fieri
ad salutem. Qui enim credit Christum esse Deū, &
hominem, illi quæ sunt eius propria tribuit, quod
est opus iustitiæ: qui uerò Christum confitetur co-
ra hominibus, Christus etiam ipsum confitetur co-
ram patre suo, qui est in celis; quod facit ad salutē.
Requā igitur natalem diē Iesu Christi Domini no-
stri consequitur B. Stephani festus dies: qui ad te-
stificandum Christū esse filium Dei missum, ad sal-
uandum morte sua genus humanum primus om-
nium vitam inuicto animo profudit. Quare protos-
martyr ab vniuersa fidelium Ecclesia nominatus est.
Et quidē Christi fidem, quod esset contraria philo-
sophorū doctrinis, repugnaret carnis illecebris, ad
uerasaretur Dæmonum potestati, uinceret omnem
humanam intelligentiam, necesse fuit, & multis
miraculis fulciri, & plurimorū sanguinē rigari, va-
altissimas,

Rom. 10.

altissimas, & firmissimas radices ageret; quibus al-
tè, firmeque defixa nullius improbitatis procellis,
nulliusque impietatis turbinibus conuelli, aut la-
befactari posset. Cùm igitur Dei filio grates age-
mus, quòd è cœlis in terras ad dandam nobis sa-
lutem uenerit, etiam B. Stephani pietatem, & uir-
tutem imitabimur: qui pro Christo primus in mor-
tem sese obtulit voluntariam; victorque impieta-
tis, & improbitatis in celū primus intulit de Chri-
sti hostiis iustum, nerum, insignemque trium-
phum. Sed vt tanti viri laudes, cuius preclaram
pro Christo mortem, & celebrem toto orbe terra-
rum victoriæ pompam prædicamus, nostra cum
utilitate iungantur, statui de martyrio dicere, yt ad
perferendas pro Deo res aduersas & charitate Chri-
sti, & exemplo B. Stephani protomartyris excitemi-
ni. Martyrium vox est Græca, Latinè testimonium,
Testimonium est, quo confirmamus verum esse
quod dicimus: testis verò est, qui testimonio da-
tur, Græcè martyr. Martyr, siue testis non est nisi
ueritatis: nam testatur id, quod dicitur esse uerū.
Porro prima, atque ipsa veritas est ipse viuas, & ve-
rus Deus: cuius nomen est Qui est: quoniam so-
lus à se ipso est: reliqua ab ipso, & in ipso sunt. Ita-
que si Deus est ipsum ens, siue ipsa essentia, certè
est ipsum verum, & testis, seu martyr Dei est testis
ueritatis. At uero moderatorem vniuersorum
Deom singulari modo colere est primum, & perfe-
ctum opus iustitiae. Qui igitur testis est Dei, testis
est ueritatis, atque iustitiae. Hæc erga Deum iusti-
tia nominatur religio: quæ cum Deo nos iungit,
& quadam quasi vinculo religat. Nominatur e-
tiam pietas: quia Deus est omnium creator, & pa-
rens. Est autem pietas erga parentes, veneratio.
Ergo testis ueri Dei est testis ueritatis, iustitiae, re-
ligionis,

ligionis, & pietatis. Atque Christus est Deus verus de Deo vero. Igitur est ipsum uerum, siue ipsamet veritas. Idcirco martyr Christi est pietatis, religionis, iustitiae, ac ueritatis testis. Quapropter cum martyrem simpliciter, & absolutè dicimus, per antonomasiam, seu præstantiam quandam Christianæ fidei testem intelligi uolumus: quod duim taxat ea sit ueri Dei uera cognitio, quam Christi fide accepimus. Iam Christum esse Deum, & hominem, Dei, & hominum mediatorem, aut uerbis testanur, aut factis: uerbis quidem, cum eius uitam, & doctrinam liberè prædicamus; factis uero cum pro eius fide libenter omnes labores doloresque perfervimus. Præstat autem factis Christi martyrem esse, quam uerbis, & grauiorum malorum tolerantia grauius martyrium est. Ergo si malorum omnium maximum, & terribilissimum est mors, cuius uitande causa mortales sepe quodvis facinus admittunt, certe mortis, ac malorum, quæ mortem pariunt, pro Christiana religione tolerantia, est præclarissimum, ac firmissimum Christianæ fidei testimonium. Itaque martyr præcipue nobis est, qui pro Christo mortem, uel mala mortis amica lubetissime sustinet, itemque martyrum est pro Christi fide mortis, uel malorum morti proximorum uoluntaria perpessio. Sic martyrium, & martyr nomina, quamlibet rem testificanda communia erant, facta sunt Christianæ pietatis propria, posita non in sola oris confessione, uerum etiam in mortis, & malorum, à quibus mors procreatur, tolerantia. Et quanquam testimonim, & testis sunt nomina Latina, & eadem uim habent, quam Graeca martyrium, & martyr, tamen Latini Theologi, ut S. Augustinus in Psalmorum expositione tradit, Graecis nominibus uti, quam Latinis.

malue-

62 DIE FESTO .

magis uisitata; opinor quod vulgo græca magis uisitata
esset; et si quandoque in Psalmis legimus testimoniū
pro martyria. Quæret hic à me fortè qui spiam,
cùm testis alicui sit veritatis testis, quibus nam erat
Christi martyres Christianæ pietatis testes? certe
illis ipsis, à quibus morte afficiebantur: pariterque
alijs, ad quos veri Dei cultus, & religio pertinebat;
omnibus, inquam, hominibus, quorum referebat
Deum verum cognoscere. Quod ex illis Christi

Mat. 10 verbis patet. Tradent vos in concilijs; & in synago-
gis suis flagellabunt vos; & ante reges, & præsides
ducemini propter me in testimonium illis, & gen-
tibus. Omnes quippe homines tunc temporis aut
Iudæi erant, aut Gentes: quos inter se præputium, &
circumcisio distinguebant. Præputium erat Gentium,
circumcisio Iudæorum. Ex his, quæ hactenus differ-
uimus, Auditores charissimi, satis intelligere vos
arbitror, martyrii esse pro vera Christianaq; reli-
gione constantem mortis, malorumve mortis socio-
rum perpessionem. Ad quam martyrij definitionem
euoluendam explicanda nobis deinceps hæc ordine
sunt, videlicet ad quam virtutem referatur marty-
rium; cuius gratia ferendum sit; quo modo subeun-
dum; & quis eius fructus. Est equidem martyrium,
quod pro veritate, & pietate in maximorum malorum
& mortis tolerantia positum est, proprium, & maxi-
mum fortitudinis opus: quæ definitur esse laborum,
dolorumque pro honestate perpessio. Mala, quæ tol-
eranda sunt, non suæ animi vitia, & quæ à vitijs pro-
ficiuntur; infamia, dedecus, & turpitudo; istæ e-
nim fugienda potius sunt, quam toleranda; sed corpo-
ris, & externa. Nec quorumvis malorum tolerantia
pertinet ad fortitudinem, sed graviorum, & perpessu
difficiliorum: quæ pro certiore animum terrent, ac fa-
cilius in aliquod facinus impellunt. Mala igitur, quæ

citius à uirtute & honestate retrahunt hominem; tanquam materia subiecta sunt fortitudini: quibus preferendis fortitudo vim suam maximè expro-
 mit. Atque nullam rem homines æquè, ac mortem horrent, utpote maximè contrariam uitæ, cui cuncta postponimus. Ergo mortis, & malorum, quæ mortem afferunt, pro vera religione perpessio, ad ueræ fortitudinis rationem pertinet, ac maximum Christianæ fidei testificationem habet. Nam certissimo argumento quid de Christo sentiat, & quantum in illo ponat is declarat, qui pro Christo vita, quæ cuique charissima est, priuari non dubitat. Et quo maiora, & grauiora mala pro Christo Christi cultores tolerarunt, eo insigniores, & illustriores Christi martyres extiterunt. Sed id, cuius gratia terendum martyrium sit, etsi denotatum in eius definitione est, tamē maiorem explicationem requirit. Id, cuius gratia quidpiam agimus, vocatur finis: qui est etiam causa efficiens, & forma nostræ actionis: efficiens quidem, quatenus hominem ad agendum impellit; forma verò, quatenus sua qualitate animum afficit; perinde ut mouens vim suam imprimit rei, quam mouet. Ideò qualis est finis, talis & uoluntas, & actio est. Hinc nimirum est, quod sèpe easdem genere actiones distinguunt differentes fines: alioquin non video quid inter fortem virum, & audacem intersit: cum uterque pericula viriliter adeat, & mala fortiter sustineat. Interest tamen non parum, quia fortem accuit honestas, audacem armat temeritas: ille ducitur ratione, hic agitatur confidentia. Igitur considerandum in martyrio est non malum, quod sustinetur, sed causa, propter quam sustinetur: ni forte fures, & homicidas, & eos, qui propter aliquod scelus morte puniuntur, uoces etiam martyres.

E Et

68 . DIE FESTO

Et sunt quidem non Christianæ pieratis, sed suæ nequitiae testes. Ideoque fidelium Ecclesia, quæ solum martyrem uocat eum, qui pro christiana religione mortem oppedit, latronem, cui à Christo dictum est, hodie mecum eris in Paradiso, in martyribus non numerat: quia cruci suis pro sceleribus affixus est, non pro iustitia, & religione. Quo

1. Pet. 4. circà B. Petrus Apostolus ait, Nemo uestrum patitur, vt homicida; sed vt Christianus, videlicet propter Christum. Vna itaque, & potissima causa ferendi martyrij est, diuinæ nominis studium, vnde

Pf. 43. sancti martyres Deo dicunt, Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Non igitur Decij, qui se pro rep. Romana deuouerunt, non Prophetæ, qui pro Baal imperfecti sunt, non haeretici, quos in sua haeresi pertinaces ignis extinxit, in numerum martyrum referentur. Atque hoc diuinæ gloriæ studium Christus rectè iustitiam appellat: quia iustitiae præcipuum opus est numen diuinum colere & venerari: cuius causa qui persecutionem patitur, beatus. Hanc martyrij causam inter alias beatitudinis formas, siue ad æternam beatitudinem proximas, & quasi cōpendiarias uias martyrum caput, & exéplar Christus

Matt. 5. tradidit, Beati inquiens, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Id ipsum B. Petrus fidus, & inter

2. Pet. 3. ger discipulus Christi ait, si quid patimini propter iustitiam, beati. Cùm uero nulla sit uirtus, quæ in cōplexū iustitie non ueniat, est profecto cuiusq; virtutis ergo martyrium: sed religionem potissimum respicit, ad quam omnes virtutes, tanquam ad caput, reducuntur. Proinde non solum B. Stephanū, qui pro vera religione faxis facta à Iudeis lapidatione interiit, verum etiam Beatum Ioannem Baptistam,

ptistam, cui caput amputari iussit H̄erodes, quod ab eo palam argueretur nefarij coniugij, inter pietatis, & veritatis martyres annumeramus. Prætereà B. Matthæum Euangelistam ad altare, dum rem sacram faceret, cæsum ab Hircano Aethiopū rege, quod Iphigeniæ regis filiæ seruare virginitatem persuasisset, martyrem censemus: quandoquidem sanctissimum, maximumque pietatis munus est immortali Deo non solùm animam deuouere, sed etiam cum anima corpus, quod Spiritus sancti templum sit, consecrare. Cuiusuis igitur virtutis testimoniu, quod illata vi morte confirmatur, quantum veræ religionis, & diuinæ iustitiae fidem facit, martyrium dicitur. Altera martyrij perferendi causa est utilitas, dignitasque Ecclesiæ: propter quam B. Thomas Episcopus Cantuariensis, quia fortis, & invicto animo gladijs impiorū occubuit, meritò in sanctorum martyrum numerum relatus est. Verum hæc posterior martyrij causa pendet à priore: quoniam utilitas, & dignitas Ecclesiæ coniuncta cum religione est. Nos martyrij fines una charitas, quæ omnium virtutum est mater, tuetur, atque defendit: & maxima quidem charitas, qua nulla esse potest maior: nam, ut Christus ait, maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod autem martyrium sine charitate nullum sit B. Paulus apertè ait, ad Corinthios scribens, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ideoque pro Christi fide mortem patienti heretico inutile est, quod de Christo dat, testimoniū: quia charitatis vinculo, coniunctus cum Ecclesia non est. At verò iam nobilissimarum virtutum chorum, quo stipatus Christi martyr ita se insitum præstat, ut mortem ipsam vincat, Audito-

res Charissimi, quælo diligenter inspicite. Adeſt
 in primis fortitudo; in cuius possessione versatur.
 Cuius quidem virtutis cùm duo munera ſint, alte-
 rum perferendi, alterum audendi, illud perferēdi,
 quod altero eſt longè prætantius, in hoc gloriæ
 campo incredibili quadam animi firmitate, atque
 constantia exequitur. Adeſt iuſtitia, quæ ſummum
 honorem Deo tribui iubet. Adeſt cum Spe Fides
 noſtræ religionis principium, & firmamentum.
 Fides docet pro æternis bonis eſſe contemnenda
 caduca, & pro immortali uita perdendam eſſe mor-
 taleſ: Spes verò animum in malorum tolerantia
 ſuſtinet, atque conſirmat. Adeſt charitas omnium
 virtutum forma; quæ huic vitæ diuinam benevo-
 lentiam anteponit. Quanta verò martyrum erga
 Christum charitas fuerit, argumēto ſunt crudelis-
 ſimorum tormentorū varia genera: quæ quo erant
 acerbiora, eò charitatem illorum maiorem, clario-
 remque reddebat, Ab immanißimis, feriſſimisq;
 tyrannis catenis conſtricti, verberibus cæſi, vulne-
 ribus confecti, ferro trucidati, telis cōfōſſi, eculeo-
 torti, cruci affixi, ferreis peccinibus dilacerati, in
 membra diſcerpti, feris obiecti, flammis exulti, a-
 quis ſubmersi, lapidibus obruti, in ardentis olei, pi-
 cis, & liquati plumbi ollas immissi ſemper in om-
 nibus tormentis, & cruciatibus, tanquam aurum
 in fornace, probati, & perfecti inuenti ſunt. Nec ve-
 rò ſe quiske ſemper inimicorum Christi telis im-
 prudenter obijciet, ſed quando uitæ, mortisque au-
 thorem Deum id uelle cognoscat. Cognoscat au-
 tem & interiore Spiritus sancti motu, quo filij Dei
 agiuntur, & temporis præſente neceſſitate: cù morte
 uel nefas effugere, uel homini Christiano igno-
 miniosum eſt non obire. Nam neque Christus capi-
 ſe ſciuit ab inimicis, quādo illi uoluerunt, ſed quan-
 do

do ipse uoluit: Christi quoque discipuli, studiorū magistri, factorumque imitatores, aliquando manus hostium euitarunt, & in desertis locis, atq; cauernis latuerunt, donec destinatum à Deo mortis tempus adesse nouissent. Nec tamen Deus, cuius summum cōfiliū est, omnes fideles suos esse martyres voluit, sed quos ad ferendam mortem certis locis, atque temporibus idoneos existimauit: licet pleriq; ansam profundēdi uitam pro Christo quēsierunt: quibus tamen è uoto res non euenit, aliud diuina prouidentia decernente. Sunt, Auditores charissimi, quidam martyres uoto, qui uitæ amissione suam erga Christum uolūtatem, & studium testificari desiderant; sed, quia deest persequens hostis, uotum res non consequitur. Neque enim martyr est, qui se ipsum interimit, sed qui ab alio propter Christianam religionē interimitur. Hoc Christus Petro dixit, Cūm senueris, alius cinget te, & ducet quò non uis. Quidam re, non uoto sunt martyres; sicut sancti Innocentes: qui, quoniam pro ætate uti ratione non poterant, nullius rei delectum habuerunt: tamen pro Christo occisi, Dei munere martyrij palmam adepti sunt. Re, & uoto martyres sunt, quibus Christum confitentibus à Christi hostibus illata nex est. Hi sunt, quos propriè martyres appellamus. Deinceps quo modo ferendum martyrium sit dicendum est, nempe, diuina uirtute, integra mente, libera uoce.

Primum quidem omnium statuendum, & pro certo, ac rato habēdum est, solum Deum martyres facere. Quis enim lubens morti se traderet pro cœlesti gloria, quā uel ignorat, uel minime expectat? Sed Deus hominum animos sua gratia illustrat, & munit, diuini nominis ardenter amorem inserendo, & æternæ beatitudinis spem magnā ingenerando.

nerando. Ideò Christus aperto cælo, dum Stephanus lapidib. appeteretur, nō sedens, sed stans à dextris Dei uisus est; q; pro Stephani uictoria Deū patrē oraret, ipsumq; contra saxorū ictus, & uulnera strenuè fortiterque protegeret. Ex quo sane intelligimus Dei martyres in confessione veræ fidei contra omnes dolores, & cruciatus esse non sua;

Cap. 63. sed cœlesti virtute robustos. Hoc Deus per Esaiam ait, Ego propugnator sum ad saluandum. Neque equidem video, quis hanc vitam non inuitus amitteret, ni meliorem aliam speraret? aut temporalem mortem subiret, ni æternam timeret. Hanc spem, atque hunc metum in nostris animis gignit Christi fides: quæ non hominis, sed Dei donum est. Deus igitur, qui nos monet, vt ne timeamus eos, qui occidunt corpus, sed eum, qui potest corpus, & animam in gehennam mittere, ipse martyres facit; à quo est fides, atque constantia. Qui etiā martyrum corpora cœdi, ac laniari permittit, tamen animas integras incolumesque custodit; dum eas sibi deuotas, addictasque conseruat. Itaque martyres, quorum voluntatem firmat diuina gratia, de uicto à spe sempiternæ uitæ metu mortis, constatissimè ac lubetissime ferut cruciatus oēs, atq; dolores. A diuina uirtute mens integra est; quam nullius terrenæ rei corruptit cupiditas. Atque hoc sanè est inter hæreticos, & fideles Christi martyres non leue discrimen: quod illorum mens malè sana est, superbiæ imbuta ueneno: horum incolmis, & casta; quæ solam Dei laudem, & gloriam respicit. Proinde illi perturbato animo, hi tranquillo & quieto uitam hanc deferunt, melioris spe vitæ fidètes, & factorum conscientia tutiores. Vnde & illorum vox obscura, & turbatione aliqua impedita: horum clara, & libera est: qui clare & liberè uerā pie-

pietatem & religionem prædicant. Hoc igitur pæstoferendum martyrium est, scilicet uoce libera, mente integra, uirtute diuina. Nec sanè dici potest quantam in summis cruciatibus non dico firmitatem animi, & constantiam, sed gaudiū & lœtitiam Christi martyres præ se tulerint: vt non cruciari sed conuiuari se in tormentis ostenderint. Nāque in tormentis, quod omnes viri fortes in tolerandis malis faciūt, suscipiebant spē non quidē liberatio-
Mat. 24
nis tormentorū, sed melioris uitæ optatiq; in celo triumphi. Sed tamen scientes neminem fore sal-
tum, qui non perseverauerit usque in finem, ac
conscijs fragilitatis humanæ timorem non depone-
bant, non quidem mortis; quam libenter obibant,
sed cadendi à Dei gratia, memores illorum Christi
verborum. Qui me negaverit coram hominibus,
Luc. 13.
negabitur coram Angelis Dei. Ob id autem ab his
Christi uerbis formidabant: quia sciebant in Chri-
sti confessione sua uirtute constantes esse nō posse.
Qui timor à charitate oritur, & utrā cum charita-
te uirtutem omnem, dum hanc uitam agimus, co-
mitatur. Itaque martyr est patientiæ magister,
& exemplar; quod despiciendis rebus humanis
imitemur. Sed maximos fructus, qui ex martyrio
percipiuntur, cernite. Primū omnes culpas ex
animo non aqua, sed sanguine abluit, & infero-
rum poenitentia liberat, & in celos aditum aperit. ideo
que uocatur uia in mari rubro, sanguinis, inquam
effusione, sinè culpa, ac poena impedimento. Atq;
hanc ob rem præstantius est baptismo, qui aqua
fit; quia nullius postea sceleris contagione fœda-
tur. Proinde iniuriam facit martyri, qui orat pro
martyre. Ergo martyrium est finis malorum, ihu-
tium bonorum, portus salutis, vitæ, ac gloriæ do-
micilium. Hoc baptismo etiam Christus marty-

rum caput baptizatus est : quem quia martyres imitati sunt, stolas, hoc est, animas suas in sanguine agni lauasse dicuntur. Porro tria baptismatum genera , quibus peccata eluuntur , rerum sacramentorum doctores faciunt , aquæ ; sanguinis , & flaminis . Aquæ baptismus est omnibus notum, atque commune , omnibusque necessarium aut re , aut uoto. Baptisma sanguinis est martyrum, quod nō omnibus conceditur, sed quibusdam charis Dei amicis , quasi priuilegium quoddam. irrogatur , suppletque uicem baptismi aquæ: siquidem ut aqua , sic sanguine, diuina operante gratia , peccatorum maculae deterguntur . Baptisma flaminis, fit Spiritus sancti afflatus: diciturque penitentiæ, si ue contritionis, peccatorum, inquam, grauis doloris: qui ut peccata penitus deleaf, tantus esse debet, quantum in eo latrone fuit , qui pendens è cruce Christum etiam cruci affixum, ut sui misereret, orauit . De quo

Thren. 7. dolore Hieremias , Magna est , inquit uelut mare contritio tua . In quois horum trium baptismorum apertum fuisse cœlum legimus : uidelicet

Matt. 3. cum Ioannes in Iordane fluuiō Christum lauit ,

Aet. 7. cum Iudæi Stephanum lapidibus obruerunt, cum

Aet. 10. Centurionem Petrus Apostolus è cœlo monitus in Christi fidem recepit . E quibus intelligimus

has tres uias esse ad cœlum sine impedimentoo: Hoc enim est aperiri cœlum, nempe tolli impedimentum , quo prohibemur intrare in cœlum. Nihil autem nobis intercludit in cœlum introitum, nisi peccatum . Atque peccatum horum trium quois baptismo tollitur . In baptismo fluminis in spiritulem uitam regeneramur : in baptismo sanguinis vitam cum vita, vel potius mortem cum uita, & naturæ fragilitatem cum æternitate mutamus: in baptismo flaminis , punitis dolore peccatis, iustificamur .

mur. Ceterum, ut in omni sacramento, sic etiam
 in quoquis horum baptismo nobis salutem compa-
 rant, & Spiritus Sancti gratia, quæ diuina charita-
 te cor nostrum accedit, & sanguinis Christi uir-
 tus, quo peccata delentur, attamen in martyrio, &
 Spiritus sancti gratia, & passionis Christi virtus ma-
 gis perspiciuntur, quam in alijs baptismis, & sacra-
 mentis. nam in martyrio Christi passio magis ex-
 primitur, & Spiritus sancti gratia non sub aqua late-
 scit, sed foras se charitatis ardente studio profert.
 Nemo enim suam erga aliquem benevolentiam decla-
 rare potest maiorem, quam si capiat pro illo mor-
 tem; nec Christum quis magis imitatur, quam mar-
 tyr; qui abnegat semet ipsum, tollit crucem suam,
 & sequitur Christum. Hic igitur prius fructus
 martyrij est, scilicet omnium culparum, poenarum *Mat. 16.*
 que remissio: haec martyrum merces est, vita, in-
& Lu. 9.
 quam, æterna, cuius verbi sententia cuncta bona,
 quæ cogitari, aut optari possunt, complectitur.
 Odere suas animas in hoc mundo, & in æternam
 vitam ipsas custodierunt; mori pro veritate volue-
 runt, & moriendo pro veritate vixerunt, suoque
 sanguine memoriam immortalitatis emerunt: &
 quoniam imitati sunt Christum in morte sua, ideo
 receperunt regnum decoris, & diadema speciei de *Sap. 5.*
 manu Dei sui. Et quidem Christi martyribus non
 solum vita æterna, quæ omnibus Dei sanctis datur,
 verum etiam aurea corona donatur magnis gem-
 mis fulgentibus illuminata; De qua in Psalmo le-
 gimus, Posuisti Domine super caput eius coronam *Pf. 28.*
 de lapide pretioso. Quam coronam Theologi vo-
 cant aureolam; nempe, quandam accidentariam la-
 titiam ex martyrio, utpote ex quodam singulari
 munere, quod non omnibus sanctis, sed quibusdam
 diuino quodam beneficio tribuitur. Licetque sa-
 crorum

erorum Doctorum sua sit aureola ex magno docē
di labore, quem non omnes suscipiunt, sit etiam
sua beatarum Virginum aureola ex seruata virgi-
nitate, quod cœlestē donum per quam paucis est
datum, tamen aureola martyrum Christi, quorum
erga Christum charitas maxima fuit, omnium pre-
tiosissima est. Et de martyrum morte præcipue di-
Pf. 115. citur: Pretiosa in conspectu Domini mors sancto-
rum eius; siquidem gratissimæ Deo victimæ sunt.
Alter martyrij fructus est utilitas, quæ ad omnem Ecclesiam è martyrum fide, & constantia perue-
nit. quorum sanguine fundata, aucta, confirmata
est. Vix enim dici potest quot infideles vnius mar-
tyris in durissimis crudelissimisque tormentis ad-
mirabilis constantia sæpe ad Christum conuerter-
it: & ex uno mortuq grano quot fœcundissimæ
spicæ ingente cum omnium stupore simul enatæ
sint. Non tot Christianos è medio flamma, fer-
rumque tollebant, vt non longè plures statim ex-
citarentur ad participandam eandem fidem & glo-
riam. Vnde cœlum florescit illorum, quorum
sanguine terra purpurata est, coronis: & fortissi-
morum, atque optimorum Christi militum virtu-
tem Ecclesia grata memoria prosequens, illis præ-
clara gloriæ munera diuinis honoribus, monume-
tisque persoluit. O vos felices Christi martyres,
ð ter, & quater beatos, quibus datum est pro Chri-
sto spiritum effundere, ac vestra morte veltrum er-
ga Deum amorem omnibus hominibus, & Ange-
lis testari, & de vniuersa fidelium Ecclesia quam-
optimè promereri. Vos piorum fidem, & locum
consecuti estis: ac nobis ad cœlum viam vestro san-
guine muniuitis. Vos pro fide pietatis, & com-
mendatione religionis omnia mala forti, & luben-
ti animo sustinenda esse vestræ pietatis, & virtutis
exemplis

exemplis docuistis. Vestra merita nostræ opes sunt, nostrumque contra res omnes aduersas præsidium. Vestra virtute fulta Ecclesia semper omnes impietatis procellas, tempestatesque deuicit; & ob vestras coronas ubique terrarum in maxima gloria est. Evidem, A. C. cum omnium Dei sanctorum felicitatem, tum martyrum felicitatis conditionem æmulor; quod diuina sorte illis obtigit vitam non naturæ, sed Deo, qui pro nobis mortuus est, reddere, & tanquam hostiam Deo iunctam in sacrificium sese dedere. Atque equidem Christi martyres illis invicti Gedeonis ducis CCC. militibus similes dixero: qui cum tubis, ac fractis lagenis, accensisque lumenibus prostrauerunt innumerabilem multitudinem Madianitarum: quippe veritatem prædicando, quæ diuini verbis prædicatio sonora quædam tuba est, ac corpora, quæ lagenæ quædam fragiles sunt, supplicijs tradendo; & miracula edendo, quæ ut accensæ lampades coruscant, infinitas impiorum hominum copias profligarunt. Quod si veteres illi Romani, Græci, & Barbari ciues suos, qui pro patria mortem fortiter occubuerint, non solum laudationibus, sed etiam coronis, statuis, monumentisque publicis decoratunt, nos Christi martyres, qui Dei Ecclesiam suo sanguine plantauerunt, quibus verbis ornabimus? aut quibus honoribus afficiemus? Inter hos fortissimos ducis Christi milites, & si dicere fas est, heroas B. Stephanus eminent tantum antesignanus; qui plenus Spiritu sancto, & diuina fortitudine robustus uia martyrij pro Christi fide primus invicto animo, integra mente, libera voce iniuit: ut non temerè, sed diuino consilio nomen Stephani, quod victorum insigne coronâ significat, nactus fuisse videatur. Cuius fortitudinem,

Iudic. 7.

76 DIE FESTO

nem, & pietatem singularis castitas in formoso, &
iuvnili corpore, quod cœlestis Angeli speciem
referebat, maxime commendauit. Cui hoc etiam
debet Ecclesia, quod pro eius oratione B. Paulum
habet lumen Christianæ religionis, & columen.
At verò satis non est Christi martyres prædicare,
sed ipsorum quoque sanctitatem, & fortitudinem
imitari oportet. Nec si pro Christo nobis mortem
obire non datur, idcirco martyres Christi modo
aliquo esse non licet. Nam Christianæ uitæ ratio-
nem tot, ac tantæ res difficiles & arduæ consequuntur,
vt in illis perferendis maxima nobis patientia
necessaria sit. Quid frugalitas in rerum abundantia,
liberalitas in paupertate, castitas in iuuentute
nonne inter martyria censemur? Hoc vnum ego
vobis, A.C. edico, in terram fluentem lac, & mel à
Deo patribus suis promissam, Iosue nisi per Iorda-
nem fluuium non intrasse; neque nos in cœlum
nisi per multorum laborum, & dolorum toleran-
tiam intraturos. Attamen fletus, qui ad uesperam,
in hoc, inquam, vitæ curriculo demoratur, breuis
est, sed lætitia, quæ ad matutinum, nempe in cœlis
demoratur, nullum habet finem. Ideoque leuare
nobis labores, ac lenire dolores debet spes il-
lius gloriæ sempiternæ; quam noster B.

Stephanus protomartyr gloriosissimè consecutus

est.



Die

Die Circumcisionis Domini Nostrí Iesu Christi.

C O N C I O.

De Christo & homine Christiano.

RAESENS hic dies, A. C. qui est initium anni, sit vobis faustus, & felix: quem etiam reliqui dies boni, & fortunati sequantur. Voco bonos, & felices dies, qui, Deo iuuante, sine criminis aguntur. Non enim vita Christianorum est ea, quæ communi hoc aëre, ac cibo, & potione, sed quæ diuino spiritu, ac pietate, & sanctitate cōtinetur, longè ab eorum vita dissimilis, qui verum Deū ignorant. Iij enim gulæ, ac ventri dediti, tanquam pecudes, quæ terram prona semper inspectant, solas corporis voluptates appetunt; in quibus summum bonum esse existimat, rerum bonarum ignari, & suę dignitatis iminemores. Operē pretium est autem, dum de Christo loquimur hoc circumcisionis eius die, quo nomē Hebraicē Iesus, Latinē Salvator à Deo, non ab hominibus impositum accepit, etiam de homine Christiano dicere, cui nomē est à Christo: cuius mores, & vitam imitari debet: unde qualem esse oporteat Christiani vitam, planius intelligetis. Hoc nomen Christus, A. C. diuinam filij Dei personam significat, duas sustinētem naturas, alteram diuinam, alteram humanam; illa propriam, hanc aduentitiam; neque inter se permistas, atque confusas, sed per se quamq; integrā, atque

78 · DIE CIRCVMCISIONIS

atque perfectam: perinde ut una radix duos ramos
specie dissimiles continet, sed alterum natuum, al-
terum insitum, proferente quemq; fructus suos
ab alterius rami fructibus differentes. Nec duo ta-
men sunt Christi, sed unus unius ratione personæ;
sicut una est arbor unius ratione radicis. Quod si
cuique naturæ propria subesset persona, non esset
unus Christus, sed duo, seruans per se quisque suā
personam, atque naturam. Itaque Christus diuide-
retur. Quod facere nefas, & impium est. Nam si
hoc ita se haberet, ut quæque natura in sua persona
consisteret, & alter Christus Deus, alter Christus
homo esset, neque Deus factus homo fuisset, neq;
homo genus humanum è diaboli seruitute liberal-
set: quia dignè pro parentis hominum peccato sa-
tisfacere nequitisset. Sed neq; Deus ullam diuinæ
iustitiæ rationē habuisse, si peccatum, peccatoq; debi-
tā pénā homini liberaliter cōdonasset. Vnde nostra
fides, & religio tota penitus euerteretur. Est igitur
unus Christus propter vnicā personam, sed duas in
una persona cōiunctas habet naturas diuinā, & hu-
manam: sicut unius arboris (vt in eadem persista-
mus similitudine) duo sunt specie differentes rā-
mi in una fixi radice; propter quam una tantum
est arbor. Quam duarum naturarum in una filij
Dei persona copulationem, quia persona, prout
substat naturæ, Græcè uocatur hypostasis, Theolo-
gi Latini unionem hypostaticam appellant. Ha-
bet enim quæque essentia suam hypostasim, siue
suppositum, aut subsistentiam; qua, tanquam basi
columna, sustinetur, quæ hypostasis, si est essentiæ
præditæ ratione, ob dignitatem persona uocatur.
Et quoniam diuina persona, in qua cum diuina hu-
mana consistit natura, est Dei filij persona, ob id
Christus est, & Dei filius, & hominis, scilicet B.
Mariae

Mariæ virginis; in cuius utero de eius sanguine carnem accepit non naturæ opera, sed cœlestis virtutis munere, tam Dei, quam hominis filius naturalis, nō adoptiūs; quia tam Dei, quam hominis est natura, nō adoptione filius. Quia uero una est persona, quæ subest utrique natura, ideo proprias virtutisq; naturæ potestates, & munia benè vni Christo adscribimus, & quæ de filio Dei dicimus, etiam dicere possumus de hominis filio, & quæ de hominis filio dicimus, etiam dicere possumus de filio Dei; dum uni, eidemque personæ omnia tribuamus. Itaque de Christo uerè dicimus, hic homo creauit mundum, & hic Deus natus est ex uirgine mortuus, & sepultus. Harum duarum naturarum in una consistentium persona imagine: quedā fuerunt Isaac, & aries: qui natura quidem dissimiles erant, sed unam Christi personam præ se referebāt. Ceterū Christus nomen est (ut alias diximus) Græcum, Latinè Vnctus, Hebraicè Messias, ductū à chrismate, quodunctionem significat. Vnctio est duplex, altera exterior, altera interior: exterior est, cum corpus oleo perungitur; quo qui vngebantur, ut Pontifices, & Reges, nominabantur Christi: interior uero est, cum animus noster gratia Sancti spiritus imbuitur. Christi vncio non exterior, sed interior fuit, animi, non corporis, quæ non liquore oleo, sed Spiritus sancti gratia, quam nuncupant oleum exultationis, quia reficit, & lætitificat animum, facta est. Hoc exultationis oleo tantum Dei familiares vnguntur, & secernuntur ab impijs, qui gerunt inferne hætiæ notam. Et quanquam omnes amici Dei sunt diuinæ gratiæ participes, tamen unus Dei, & homini filius præ ceteris eius participibus oleo lætitiae unctus a Deo est: qui ab ipsa conceptione ita fuit omni sapientia,

80. DIE CIRCVMCISIONIS

pientia, & gratia plenus, ut plenior esse non potuerit: quippe templum diuinitatis, & caput omnis Ecclesiae: in quo decebat omnem gratiam, ac ueritatis plenitudinem esse: de qua cæteri acciperent. Quarè cum Christus absolutè dicitur, ob unctionis excellentiam Dei, & hominis filius intelligitur: quo nemo integrior, nemo sanctior. vñquam fuit, aut erit neque in terris, neque in celis. At verò, qui cœlesti gratia nostrum animū vngit, solus Deus est; qui solus est anchor, & dator gratiæ. Proinde Christus, ut est Deus, vngit, ut est homo, ungitur, idem vñctus, & vngens ob duas dispariles naturas, diuinam, & humanam: ob quas sepe à se ipso dissimilis apparet, nūc Deus, nunc homo, suscipiens actiones pro naturarum varietate diuersas. Est etenim secundum naturam diuinam æternus, quemadmodum pater; secundum humanam cœpìt esse in tempore: secundum illam est ubique; secundum hanc certo in loco est: secundum illam impatibilis semper; secundum hanc fuit aliquando patibilis: secundum illam est splendor gloriæ, ac figura substatiæ patris; secundum quam ait, Ego & pater vnum sumus; secundum hanc factus est patri ex semine Dauid secundum carnem, secundum quam ait, Pater maior me est: secundum illam fecit celum, & terram, & quicquid celi ambitu continetur: secundum hanc constitutus est hæres vniuersorum: secundum illam dimittit peccata, imperat Dæmonibus, yentis, & mari, reuocat in uitam mortuos, restituit lumen cæcis, sensum audiēdi surdis, ingressum claudis, ægrotis perditam sanitatem: secundum hanc orat patrem, tentatur à Diabolo, ingemit, lacrymatur, esurit, sitit, fatigatur, sudat, alget, vigilat, dormit, cæditur, vulneratur, occiditur. Quæ tamen huma-

Io. 1.

Io. 10.

Io. 14.

humanitas à coniunctione diuinitatis habuit quodam modo virtutem infinitam. Diciturque secundum utramque naturam primogenitus, & v-nigenitus: primogenitus quidem, quia nemo ante ipsum; v-nigenitus verò, quia nemo aliis post ipsum genitus est, nam & pater vnum tantum genuit verbum, & mater vnum tantum peperit filium. Sed & primogenitus dicitur (quemadmodū philosophi loquuntur) negatiuè, non comparatè; quia nec posteriorem nec priorem se ullū habuit; ita ut v-nigena, siue vnicus filius sit. Et est in terris sive patre, in cœlis sive matre, & sive genealogia. nam generationē eius quis enarrabit? Ideoque Christus vir unus dicitur, quia præter ipsum nemo vñquam fuit, neque est, neque erit homo Deus. Qui homo ut nominaretur Deus, humanitatis cù diuinitate coniunctio effecit; uerè homo nobilis, & diuinitate, & humanitate insignis, verè nouus, & cœlestis, è cœlo veniens præter omnem humanā consuetudinem. Verū de naturadiuina non est, quod pluribus agamus, sed de humana, per quam Deus perditum hominem saluavit. Naturam humanam Theologi vocant humanitatem, sicuti naturam diuinam diuinitatem, cùm cæteri scriptores humanitatem pro affabilitate, mansuetudine, ac morum facilitate usurpent: ut humanitas sit Theologis in Categoria Substantiæ, cæteris uero scriptoribus in Categoria Qualitatis. Cōstat autem natura humana duabus essentijs, siue ex duobus principijs essentialibus, sicuti res omnes naturales materia, & forma, corpore, inquam, & anima. Sed tamen hominis anima non, quemadmodum forma reliquarum rerum naturalium, ex ipsa materia, in qua omnium formarum naturalium inclusa quedam quasi semina sunt, elicetur, sed à Deo crea-

F ta

82 DIE CIRCVMCISI^NIS

ta extrinsecus in corpus infunditur , ubi figurata est, ut omnes eius partes aptæ ad animæ diuera munera effictæ sint : cæteroquin esset caduca , si educeretur è materia ; quia dissolubilis foret ob mutabilitatem, & in omnes formas naturales flexibilitatem materiæ . Quando igitur hominis anima non est materiata, sed ab omni concretione libera, & soluta , sanè immortalis est, ac particeps generationis . Attramen corpus, quod è quatuor initijs corporeis, quæ vocantur elementa, componitur , è quibus quæ componuntur corpora vi sua dissoluuntur, obnoxium est dissolutioni . Duæ sunt igitur partes hominis essentiales anima, & corpus; illa in dissolubilis, quoniam expers materiæ, hoc dissoluble, quoniam ex mutabilibus inter se concretum initijs est . Quamobrem Christus, quia homo est, constat his duabus essentijs; quibus si addas tertiam diuinam, tres in Christo essentias, siue substantias esse dixeris, diuinitatem, animam , & corpus . Si quis autem dixerit Christi corpus non fuisse verū corpus humanum , sed tantum habuisse quandam speciem corporis humani , cum Manicheis hæreticis datnetur: quique etiam dixerit Christi corpus informatum fuisse non humana anima, sed ipsa tantum diuinitate , cum impijs Arianis è fideliū Ecclesia reiiciatur . Neutro enim istorum modo Christus verus homo fuisset. quod quām impium sit dicere quis pius Christianus ignorat ? Sed in incarnatione filij Dei, siue humanitatis assumptione quid præter legem, siue vstatum modum naturalis hominum generationis factum sit, ne quivillo errore fallatur, diligenter attendite . Christi corpus non prius certo dierum intervallo virtute seminis virilis, sicut cætera hominum corpora, formatum est, deinde vero creata, simul & infusa anima:

ma: sed eodem momento temporis ex purissimo B. Mariæ virginis sanguine Spiritus sancti opera figuratum est, ac simul creata anima, & cum anima, & corpore copulata in una diuina persona diuinitas. Itaque B. Virginis sanguis fuit materia corporis Christi; artifex autem Spiritus sanctus. Quam rem pulchre verba illa describunt: In matrice auroræ tibi ros formatur, hoc est, in utero Virginis, quam assimilant auroræ, corpus Christo formatur virtute Spiritus sancti, sicut ex humoris materia cœli virtute ros gignitur. Licetque incarnatio facta sit à tota Trinitate, tamen Spiritui sancto tribuitur, cui attribuitur charitas: quoniam fuit opus incredibilis, & singularis charitatis erga nos Dei. Quamobrem Christus in Adam fuit non ratione virtutis, quæ est in semine formatrix corporis, sed tantum ratione corporeæ substantiæ de B. Mariæ Virginis sanguine delibata, quæ, quoniam absque ullo libidinis sensu conflata est, pura, & casta fuit; vt anima ex eius coniunctione nullam omnino maculam contraxerit. Proinde quia solus ex omnibus hominibus sanctus, & impollutus fuit, dictus est homo alter: nimirum differens ab omnibus hominibus, qui in peccatorum concepti sunt, & concipiuntur sordibus. Dictus est etiam Dei germen, quia solus Spiritus sancti gratia conceptus est: dictus quoque est flos, quia candidus, & nitens: qui nullum salutis nostræ fructum ferre potuisset, si vilius flagitiij labore contaminatus esset. Sed singulatim de anima Christi prius, tum de corpore discramus. Anima Christi est essentia rationis caritatis: neque ab omnium est dicere eam omnibus omnium hominum animabus similem esse. Nam omnes enim hominum animæ habent eandem

E 2 essent.

84 DIE CIRCVMCISIONIS

essentiam, quia si different essentia, non foret vna omnium hominum sp̄ecies. Sed tamen fatemur eam ornatam, & dotatam fuisse suminis, & amplissimis donis naturalibus, atque gratuitis p̄e omnibus non solum hominibus, sed etiam Angelis. Et cuiusque hominis animæ tria sunt munera vige-re, sentire, & intelligere: quorum vigere, & sentire communia sunt illi cum corpore; intelligere verò ipsius solius proprium est; quippe quod ab anima corpori communicatum non est. Pars, qua anima intelligit, dicitur superior, qua verò viget, & sentit, dicitur inferior: in illa est mens, in hac vita, & sensus non solum exterior, uerū etiam interior, atque vt intelligentiam voluntas, sic sensum consequtitur appetitus. Pars animæ Christi superior, siue mens omnium rerū, quæ facta sunt, fiunt, & fient, scientiam ab ipso primo conceptio-nis initio habuit, quanquam non ita claram, vt Deus; neque etiam omnium, quæ à Deo fieri pos-sunt. Veditque semper clarè Deum, quare semper beata: & eodem quidē modo semper beata, quia semper eodem modo vedit Deum; in cuius as-pectu sita omnis felicitas est. Quocircà Christus, qua Deus, ipsa erat beatitudo; qua homo, ipsa erat felicitate beatus; quemadmodum, qua Deus, ipsa erat diuina sapientia, qua homo, sapientia gratui-ta sapiens erat: & qua Deus, Deum comprehen-debat; qua verò homo, magis, quam quiuis beatus, Deum mente contuebatur. Neque in ipso fides, & spes, virtutes theologicæ, fuerunt, quæ sunt de non visis, & futuris bonis; quia Deum summū bonum semper vedit, & præsentem habuit: et si cre-didit, & sperauit suam è mortuis resurrectionem, non tamen dubiè, & obscurè, sed certè, & apertè. Tum quia nullum tempus fuit, quo non perfectū rationis

rationis vsum habuerit, fuit vel in ipso Virginis vtero vir perfectus. Idque illis uerbis prædictum est, Mulier circundabit virum. Eorum autem verborum Esaiæ, Patrem nesciebat puer, hic est sensus: Ita se gerebat in infantia, vt non videretur hunc hominem ab illo discernere. Cumque legimus Christum sapientia profecisse, non hoc intelligamus, quod ipse proficeret, sed quod eius perfectio ab alijs in dies, plus plusque cognosceretur: perinde ut Doctoꝝ dicitur proficere, cum auditores doctrinam eius percipiunt. Sed nec unquam meruit gratiam maiorem: quia semper fuit plenus gratia, quæ est causa merendi: quanquam semper auctus est meritis. Nec animæ gloriam, quam semper habuit, sed corporis claritatem, & nominis splendorem sua humilitate, & obedientia promeritus est. Cæterum ut intelligentiam omni scientia, & sapientia perfectam, sic quoque voluntatem summa Dei charitate affectam, & formatam habuit. At pars animæ inferior, quæ vna cum corpore sentiebat, & gerebat humanos affectus, ab ipsa superioris partis beatitudine fuisset etiam ipsa impatibilis sicut & caro immortalis, ni diuino cōsilio factum esset, ne beatitudo à superiore parte animæ in inferiorem, & corpus diffueret: vt videlicet humana Christi natura ex humanis effectis agnoscetur, & humani generis redemptio passione Christi, & morte perficeretur. Ergo & inferior pars animæ Christi ante Christi mortem patibilis, & caro ante resurrectionem mortalis: deinde vero post mortem illa impatibilis, post resurrectionem hæc immortalis fuit. Quapropter Christum secundum intelligentem animam fuit comprehensor, bonis patriæ fruens, secundum sentientem viator, secundum quam timuit, doluit, ingenuit, tristatus est.

F 3 Quos

Hier. 28
Cap. 8.
Luc. 2.

36 DIE CIRCVMCISIONIS

Quos tamen animi affectus, siue commotiones, Græcè φάθη, suscepit, nō necessitate naturali, quia nullam in se habuit perturbationis causam, sed libera voluntate. Ideoque in Chisto semper animi affectus rationi subiecti, & obedientes fuerunt. Neque tamen omnes affectus animæ suscepit: nam praui, & prauitatis alicuius fidicēs ab eius natura semper abhoruerunt; sed tantum eos, qui mīhi de eius honestate minuerent, atque humanæ animæ naturam probarent. Atque ut affectus animi, sic etiam defectus corporis, famei, sitim, laborei, & his similes sponte, non necessitate accepit: neque omnes, sed eos, qui virilem dignitatem minimè violarent: atque ad perficiendum redemptionis opus vtiles essent. Videturque mihi Christus quædam bona partim viæ, partim patriæ habuisse, quædam etiam viæ mala sustinuisse, ac vitæ, & mortis obtinuisse conditiones: deque hominis quadruplici statu aliquid cepisse, innocentiam, quæ fuit ante peccatum; poenam, quæ fuit post peccatum; gratiam, quæ tempore Euangeliū data est; & gloriam, quæ in cœlis datur. Iam igitur si quis roget, cur Dei filius in terram è cœlo dilabens naturam humanam assumpserit, huic responderi poterit, ut quæreret & saluum faceret quod perierat, hominum inquam genus; quod ob primi parentis crimen salutem, siue integratatem, & incolumentatem non solum animæ, sed etiam corporis amiserat, & sub mortis imperium ceciderat, & in Diaboli potestate uenerat. Fecit itaque saluum, dum ex utriusque dominatu liberavit: liberavit autem, dum a peccatis soluit. Hac igitur ratione Saluator est, qua est humani generis è mortis, & Diemonis imperio liberator. Quod quidem nomen Saluator, Græcè Σωθις, hoc est, dator salutis, Hæbraicè Iesus hoc

Lu. 19. et

Mat. 18

D.N. IESV CHRISTI.

hoc circumcisio*n*is die , quo Iudei propria nomina infantibus, qui circuncidebantur, imponebant, id quod etiam seruant in baptismo Christiani, Christo non humana ratione, sed diuino consilio à u. & effectu diuinitatis eius, prout Angelus p̄monuerat, impositum est. Vnde ex huius u. nomi-
nis bellè ducitur argumentum ad probandum Chri-
stum esse Deum . Nam saluum facere à peccatis
non potest, nisi Deus; qui solus delet iniquitates .
Quapropter licet hoc nomen Iesu alijs homini-
bus fuerit, nemo tamen à peccatis redire quen-
quam potuit, nisi Christus. Hanc ipsam rationem,
cur virginis infans hoc nomine Iesu vocandus
esset, attulit Gabriel Angelus, cùm p̄cepit Ioseph
ut filium , qui ex Maria coniuge eius Spiritus san-
cti opera nasceretur, vocaret Iesum: quoniam ipse
saluum faciet populum suum à peccatis eorum .
Dicitus ergo Christus est Saluator , sive Iesu, quia
Deus : at qua homo , (ut alias diximus) salutare
Dei nominatus est ; per quem uidelicet Deus hu-
manum genus saluauit, quandoquidem humani-
tas Christi fuit quoddam quasi instrumentum , quo
Deus humani generis salutem operatus est . Vnde
quia per solam Christi fidem intratur in cœlum ,
solus Christus ouilis ostium nominatur, ac nemo
alius: licet alij pastoris nomen, quo Christus etiam
vocatus est, inuenient, quodd aliorum commodis,
salutiique p̄fuerint . Atque etiam p̄clarè sacra
scriptura vocat Christi humanitatem frameam Pſ. 34
Dei ; quippe qua Deus regnū impietatis expugna-
uit, & piōs ab inpiis secreuit . Ob id ipsum quo-
que Esaias pulchre Christum Dei brachium nomi-
nat, cùm dicit, & brachium Domini cui reuelatum
est ? & quoniam unus tantum est Christus, unus
Deus homo , ideo unus est Dei, & hominum me-

F 4 diator.

38 DIE CIRCVMCISIONIS

Cap. 4. diator. Talem enim esse oportuit, qui nos in Dei gratiam restitueret. Quocircà in Apostolorum a-
Eph. 1. Etis scriptum est, non esse aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, quām Iesu Christi: in quo Deus proposuit instaurare omnia, quæ in cœlis, & quæ in terra. Et decuit quidem bo-
num, & immortalem Deum per eundem filium suum, per quem hominem creaverat, ipsum perdi-
cum hominem saluare. Saluauit agnitem in ara cru-
cis seipsum hostiam Deo patri offerendo. Quia in
relicet intueri Christum hostiam, & sacerdotem
pariter fuisse: nam ipse seipsum Deo sanctam, &
placentem hostiam obtulit. Neque hostia fuit un-
quām ulla, quæ diuinam iram placare potuit, nisi
hic unus agnus immaculatus, qui tollit peccata mū-
di. Neque etiam sacerdos ullus hanc hostiam di-
gnè immolasset, nisi ipsemet Christus, impollutus,
segregatus à peccatoribus, & æternus sacerdos.
Quod si Christus è Diaboli seruitute suo nos san-
guine redemit, consequens est nos nostri iuris nō
esse, sed eius, cuius empti sanguine sumus. Itaque
Christus non solum ratione creationis, sed etiam
redemptionis, est noster dominus. Ut uero suum
sanguinem, tanquam medicinam, ad curandam
animę ualetudinem expellendamque omnem egri-
tudinem adhiberemus, noui testamenti sacramen-
ta confecit, eisque passionis suæ uirtutem tribuit,
ad abstergendos è nostris animis sordes peccato-
rum, conciliandam diuinam gratiam, acquirendā
omnem uirtutem, & omnium incrementa uirtutū.
Adhac perfectam rectè sapiendi, & benè uiuendi
doctrinam tradidit, deijcientem ignorantem nubes,
& animi uitia emendantem, ob quam uocatur ma-
gister. Et solusquidem est verè magister; quia so-
lus uerè uiam Dei docet, diuinæ fons sapientiæ.
Quod

Quod propter discipulos suos monuit, ut unum se *Matt. 23*
 magistrum haberent: qui vocatur etiam pastor;
 quia ueritatis pabulo nostros animos pascit. Ita
 haec pie, ac sancte uiuendi ratio, quam Christus
 tradidit, lex euangelica est: quam non in lapideis
 tabulis incidit, sed in hominum cordibus Dei duci-
 gito inscripsit. Quarè Christus est nouæ legis la-
 tor: quæ Dei non timorem, ut uetus, sed amorem
 in nostris animis ingenerat, personans non terrena,
 sed cœlestia bona. Atque ex hoc, quod nouæ
 uitæ precepta dedit, noui hominis nomen adeptus
 est. Quid? quod nihil faciendum prædicauit,
 quod prius ipse non fecerit, & exemplo uitæ suæ
 faciendum ostenderit? Est ergo Christus perfectæ
 uitæ idea, & exemplar, quod imitemur, est & via
 ducens ad cœlū, quam in eam, ubi est ipse Christus
 nostra immortalis uita, et sempiterna felicitas.
At uero uitæ, quam Christus instituit, fundamen-
 tum est humilitas; quæ non est ignominiosa in res
 homine libero indignas animi abiectio; sed arro-
 gantis animi depresso, & è suæ uilitatis cognitio-
 ne in diuinæ maiestatis contemplationem mentis
 elatio. Neque res uiles, quas propter Christum hu-
 milis Christianus elit, quicquam animi dignita-
 té minuunt, quando per eas animus se Deo imagi-
 subiicit, deuouetque. Nā neque res uiles, quas Chri-
 stus suscepit, iniuriā diuinitati fecerunt, quæ nullis
 uiolari potest iniurijs. Cū humilitate coniuncta est
 paupertas, rerum inquam, terrenarum despectio:
 quas verbis, & exemplis Christus ideo contemne-
 das docuit, ut animum ab his rebus inferioribus
 ad superiores erigeremus; liberique ab harum re-
 rum curis ad illarum adeptionem, tanquam ad pro-
 positum brauium, curremerus. Mores quoque, &
 affectus omnes animi sancte formauit, ut nullius
 fœderæ

90 DIE CIRGVMCISIōNIS

foedæ rei cogitatione turpatus unam Dei gloriam totis viribus prosequeretur. Quæ recta animi cōformatio, iustitia dicitur: q̄ à solo Christo virtutis omnis doctore, & authore donatur: qui iustus per antonomasiā dictus est: tum quia ipse est verè iustus, quoniam propter coniunctionem humanitatis cum diuinitate peccare non potuit; tum quia facit alios sua gratia iustos. Ac iure propter evidētem omnium virtutum altitudinem excelsus mons nominatus est. Ipse est omnium Dei fidelium caput, à quo est sensus omnis, & motus: cuius fide inter nos coniungimur, & charitate vinculo perfectionis altringimur. Ipse est totius Ecclesiæ funda mentum, nempè, in quo uno tota Ecclesia inniti tur, extra quam qui est, extra spem omnem salutis est. Postquam multa de Christo diximus, nonnulla de homine Christiano dicamus. Quod quidem Christiani nomen Antiochiae primā inuenitum esse memorie proditum est. Dicuntur portò Christiani, qui vitæ, & doctrinæ Christi sunt imitatores: qui & ipsi iunguntur non solum interiore, verū etiam exteriore vñctione, quæ est quoddam signum interioris, cuius effectum indicat. Vocantur quoque sancti, vel quia Christi sanguine tinti, vel quia Christi baptismo abluti, & mundati sunt: nam sanctum etiam mundum significat. Et quoniam Christi baptismo in spiritalem vitam regenerantur, Christi filij; & quia Christus est lux mundi, filii lucis habentur. Nec non fratres inter se nominantur; quia sunt eiusdem patris filij. quod nomen etiam habent ab eiusdem vinculo religiosis. Nuncupantur quoque ciues sanctorum, & domestici Dei, quoniam sunt eidem ciuitati Hierusalem adscripti, & in eandem Ecclesiam, quæ Dei dominus est, recepti. Quæ Dei domus, quia supra firmissimam

Io. 1. et 8. Thes. 5. Christi filij; & quia Christus est lux mundi, filii lucis habentur. Nec non fratres inter

Eph. 2. se nominantur; quia sunt eiusdem patris filij. quod

nomen etiam habent ab eiusdem vinculo religiosis. Nuncupantur quoque ciues sanctorum, & do mestici Dei, quoniam sunt eidem ciuitati Hierusalem adscripti, & in eandem Ecclesiam, quæ Dei do minus est, recepti. Quæ Dei domus, quia supra firmissimam

D. N. IESV CHRISTI. 91

missimam petram Chrtistum ædificati est, quæcumque super hanc petram extruuntur, ædificatio Dñi sunt. Pulchrè igitur B. Paulus inquit, Dei ædificatio estis. Sumus insuper Dei agricultura, quatenus Ecclesia est ager Dei. & quatenus Ecclesia est quoddam mysticum corpus, cuius caput est Christus, qui in Ecclesiam adsciscuntur sunt huius mystici corporis membra. Nec sunt Christiani sui iuris, qui à Christo proprio sanguine redempti sunt. Quos ob id B. Petrus gentem sanctam, populum acquisitionis, & à Christo Rege, & Sacerdote regale Sacerdotium vocat. Debet itaque Christianus ad imaginem filij Dei conformari, qui est omnis sanctitatis, & virtutis exemplar, perfecta que vitæ idea, debet esse humilis, ut se totum Deo deuoueat, actione, & habitu rectè compositus. debet esse rerum terrenarum contemptor, vt vite Christianæ perfectionem assequatur, mediocri vita, ac veltiu contentus, bonorumque tam spiritualium, quam temporalium fidelis dispensator, debet, vt verus Israëlite, in spiritu, non in carne ambulare, secundum nouum, non secundum veterem hominem, debet mortificare membra, quæ sunt super terram, ut spiritus vigeat, cor circumcidere, prauos affectus amputare, corruptos mores corriger, vitia cum Iacob supplantare, totam denique vitam sine peccato, peccatiqué fermento ducere, debet, quoniam athleta Christi est de eius oleo viatus, contra Christi, & nostros hostes mundum, carnem, & Diabolum fortiter Christi armis pugnare, ut electi coronia gloriose donetur. Ergo iustitiae præceptis gloriosissimæ Christi cruci nos affigimus, vt præter Christum nihil cogitemus, nihil speremus, nihil amemus, semper in cœlis coram Deo pijs, & sanctis cogitationibus versantes.

Laudant

*1. Cor. 3.
Ibid.*

92 DIE CIRCVMCISIONIS

Laudant mirificè Platonem à diuinarum rerum cognitione, & morum integritate: at certè is nulli verè Christiano nec diuinarum rerum scientia, nec uitæ probitate non dico præferendus, sed neullo quidem modo conferendus est. Nam de creatione mundi, & immortalitate animæ, ac de piorū præmijs, impiorumque supplicijs, longè melius, ac uerius hic sentit, quam ille scripsit, huiusque uitæ illius uitæ sicut modo sanctitate, & probitate antecellit. Contrà malus, Christianus, qui nomine est, non re Christianus, qui diligit ea, quæ Christus dānat, est quo quis Iudæo, & infideli homine peior: cui non Christus est fundamentum, sed temeritas, atque libido. Atque ut improbus homo est quæuis bellua deterior, sic malus Christianus quo uis homine est nequior. Quid mirum igitur est, si Christi nomen propter malorum Christianorum improbitatem semper ab infidelibus uituperatur? Sunt inali Christiani Cham filij Noë hoc similes, quod ille pudenda patris cum irrisione, hi Christi mortem alijs cum ludibrio nunciant. Nil prodest Christum ore fateri, factis uero negare. Nos vero, Auditores, charissimi, qui in re, non uerbo tantum Christiani sumus, Christū super cor, & brachium nostrum, tanquam signaculum, ponamus, cuius memoria, & ad credendum eius verbis, & ad imitantandum eius facta excitemur. Hoc si egerimus, non in circuitu, sicut impij ambulabimus, sed sicut oves Dei per ostium, quod est Christus, in illud cœlestē ouile introibimus, ubi semper Christi, & interioris diuinitatis, & exterioris humanitatis contemplatione pascemur.

FE-

FERIA IV. CINERVUM.

C O N C I O.

De nostrarum actionum bonitate, ac fine.

Vester iste conspectus, Auditores charissimi, frequens, & ad audiendum paratus magnam nobis lætitiam, & ad dicendum alacritatem afferit: quia spem ostendit à Dei verbo, quod in vestris animis, tanquam in agro semen, spargimus in generadum sanctitatem, quæ vos à terrenarum rerum curis, & humanæ laudis cupiditate ad diuinorum rerum studium, & coelestis gloriæ desideriū traducat. Qua profectò remihi vestro Episcopo, q[uo]d vestre saluti, ac felicitati summopere studet nihil optabilius, nihil iucundius cōtingere poterit. Atq[ue] ipsum tēpus quadraginta dierū īeiunio consecratum, nos ad conciliandum Dei amorem, & comparandam animæ sanitatem plurimam iuuat, tempus, vt B. Paulus ex doctrina Christi nobilis, 2 Cor. 5 & clarus Apostolus ait, acceptabile, ac dies salutis. Nam īeiunium, eleemosyna, oratio, quæ hoc præcipue tempore à sancta matre Ecclesia suis alumnis, Christi fidelibus imperantur, opera penitentiæ ad expurgandas scelerum sordibus conscientias, & impetrandam à Deo peccatorum veniam pertinēt. Sed quoniam hæc ipsa laudabilia opera, ni bona mente, bonovè proposito fiant, euadunt inaniam, ob id

FERIA IIII.

id Ecclesia diuinæ sapientiæ magistra primum omnium nobis scopum, in quem hæc opera dirigamus. illis Christi verbis proponit; Cùm ieunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem, cùm ieunas, vnge caput tuum, & facie tunc laua, ne videaris hominibus ieunans, sed patri tuo, qui est in abscondito; & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Quibus sanè verbis monemur, vt dum aliquam rem bonam agimus, diuinam gratiam, non popularem auram, plausum que captemus. Neque enim satis est videre quid agas, sed etiam qua mente, & consilio agas. Etenim res, quam agis, licet ex se bona sit, tamen, si non bene, hoc est, bono ipsam animo agas, verè bona non erit; quoniam informis, & imperfecta. Siquidem actiones humanæ à proposito fine formam, & qualitatem accipiunt: vt tales sint, qualis est finis, cuius gratia suscipiuntur. Quamobrem statui pro meo munere, quod est, vestram vitam ad diuinam legem componere, de nostrarum actionum bonitate dicere, finemque monstrare, in quem omnia cogitata, dicta, facta referamus, si boni, beatiq; esse velimus. Sic morales philosophi prima sua disputatione finem proponunt, ad quem mores hominum, & vitam instituant: sed illorum doctrina vel falsa, vel imperfecta est; quoniam actionum humanarum bonitatis rationem, & perfectionem minus agnoverunt, id quod vobis ex his, quæ dicimus, perspicuum fiet. Actiones nostræ, Auditores charissimi, quæ nimirum voluntariæ, nostrique iuris sunt, vocanturque humanæ, vel bonæ sunt, vel malæ. Sunt autem voluntariæ, nostrique iuris, quarum principium in nostra potestate, non in vi
ius

illas arbitrio, & ditione positum est: quæ, inquam, à nobis delectu quodam fiunt, nempe scienter, & sponte. Est quippe uoluntas sequentis, aut delinantis aliquid animi liber, ac nulla uia coactus motus: quem ratio, quæsi quidam dux, moderatur & regit. Ipsa enim quid faciendum, aut non faciendum sit docet. Vnde in quo non est ratio, neque voluntas uila est. Quamobrem actio voluntaria ex duobus principijs cognitione, & libero animi motu oritur, vnde quod vel insciente, uel per vim gerimus, voluntarium non est. Necesse tamen est ignorantiam, ut legitimam excusationem habeat, eius rei esse quam non sit nobis fas scire. cæteroquin ascita, & voluntaria est ignorantia, cum scire negligimus, quod nosse possumus, atq; etiam debemus. Necesse est etiam, ut per vim quid agi dicatur, eiusmodi vi hominem cogi, ut contrari nequeat: alioquin principium actionis violentum non erit. Proinde actiones nostræ, quoniam ipsarum causa in nobis est, aut laudantur, si bona sunt, aut reprehenduntur, si male: quod voluntate non necessitate tales sint. Actiones bona, male à mala voluntate profiscuntur: suntque actiones nostræ, ut Christus omnis scientia, ac sapientia magister docet, voluntati, sicut fructus arbori, similes. Sic enim inquit, non potest arbor ma *Mattæ.* Ita bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Bonæ voluntas est, quæ bonam bene, hoc est, bono proposito vult: mala verò, quæ aut malum, aut bonum inale, hoc est, malo proposito vult. Quocircà in nostris actionibus spectantur & id, quod agitur, quod materiam actionis regant, & id, cuius causa agitur, quod actionis formam nominant; quoniam propositus finis actionis perficit, ut forma materiam. Id, quod agitur, si sequum

dum rationem agitur, bonum est fin contra rationem, est malum . Secundum rationem est , quod ratio probat; contra rationem est, quod ratio damnat . Probat ratio quicquid hominis naturæ, atq; præstantiæ conuenit , damnat quicquid ab homini-
nis ingenio, & dignitate abhorret . Itaque nobis
quid appetendum & sequendum, quidve respuen-
dum & fugiendum sit una ratio præscribit . Pi-
scribit autem ex communibus quibusdam, certisq;
rerum agendarum principijs à Deo datis, nostris
que mentibus insitis: quibus qui paret, Deo paret,
Deumque ducem, & rectorem parendo in vita se-
quitur . Huiusmodi principia sunt, Quod tibi fa-
ctum ab alio velis, illi feceris : & Nemini feceris,
quod ab ullo tibi factum nolis: atque alia, quæ du-
cuntur ex his. Quibus principijs quæ consentiunt
actiones, bonæ sunt; contrà, malæ, quæ dissent: ut.
Nec solum agendarum , sed etiam sciendarum re-
rum communia quædam, certa , & rata in menti-
bus nostris insita principia sunt : è quibus oritur
quæ propriè nominatur scientia, hoc est, certa, nō
dubia cognitio. Vtraque sciendarum, agendarum
que rerum communia principia nobis ab innato
lumine, quod à diuini luminis fonte dimanat, cla-
ra, & perspicua fiunt. Quo de lumine Dauid lo-
quitur, cùm inquit Deo , Signatum est super nos
lumen vultus tui Domine . Quicquid igitur na-
turali lumine illustrata ratio faciendum præcipit,
bonum est: contrà, est malum, quod prohibet. Ideo
que imperans quæ sequi, & quæ fugere debeamus,
rectè lex animata, insita, & naturalis vocatur: quā
nemo est, qui in se ipso vetantem, iubentemque si-
bi aliquid non sentiat . Ex quo lumine oritur in
nobis quam Græci uocant synderesim , quæ de re-
ctè, maleve factis nos monet: quorum conscientia
nostris

nostris animis, vel alicuius boni spem ostendit, vel alicuius mali metum injicit. Suntque synderesis, & conscientia in omnibus hominibus, in quibus est lumen; quod bona, malaque discernit. Si quis igitur bene aliquid agit, ex innata menti lege id agit: sicut B. Paulus de Gentibus, quæ res aliquas bonas faciunt. Ostendunt, inquit, opus legis scriptum in cordibus suis. Sed quoniam prava cupidas in nobis à primi hominis flagitio excitata, lumen hoc naturale multis partibus obscurauerat, ut minus quæ recta, quæque honesta forent cerneremus, summus ille mundi procreator, & rex tor Deus, cui maximæ curæ semper fuit hominis dignitas, & salus, legem in tabulis scripsit, quam omnes cernerent, atque aperte cognoscerent; eiusque iussis obtemperarent. Sic legem & in nostris mētibus insignitam, & in scripturis sacrīs expressam habemus. Quapropter nulla est lex, quæ à recta ratione discordat: nec recta est ratio, quæ à diuina mente dissentit. Humanæ igitur actiones bonæ sunt, quæ à recta ratione imperantur; contrà malæ, quæ prohibentur: quæ verò neque ventantur, neque iubentur, sed quodam modo permittuntur, eas cum Theologis appellabimus indifferentes: quæ tamen à fine, in quem à nobis referentur, bono, malo, bonæ, malæ existent; Nam & actiones, quæ suo genere bonæ sunt, ducent à bono fine commendationem. Hinc profectò est, quod eadem actiones interdum à dissimili fine gerunt differentes formas, atque hæ reprehenduntur, illæ probantur. An non ieunium est opus sanctum, atque probatum, quod & Deus, & fidelium Ecclesia sanxit ad animæ corporisque salutem? attamen arrogantis Pharisei ieunium displicet Deo; quoniam suam lau-

G dem,

Rom. 2.

dem, non diuinam gratiam ieunio querit. Omnis etenim actio, que à voluntate proficitur (hęc enim certis viuēdi preceptionibus informatur) in aliquem finem dirigitur; quando quidem alicuius boni gratia suscipitur. quippe dum nostra voluntate quicquam agimus, semper finem inspicimus, quo ad agendum mouemur. Proinde finis est principium mouens, quod voluntatem ad agendum impellit. ob idque est omnium caussarum potissima. Siquidem philosophorum sententia caussarum princeps est ea, quae vim habet mouendi; quam reliquas regit, & continet. Quamobrem id, cuius gratia res omnes aguntur, in uita maximè dominatur. Finis etiam est forma, quatenus actiones sibi similes reddit. Nā & forma eatenus est causa efficiens, quatenus alias formas sui similes gignit. Est autem eatenus finis, quatenus in ipsum fertur, & in ipso conquiescit voluntas. Est etiam alia ratione finis, quatenus scilicet est absolutio & perfectio rei. Atque hac ipsa ratione finis dicitur bonum, quatenus appetitur, ut absolutio rei, atque perfectio. Siquidem res quæque optat in suo genere perfecta esse. Ideo bonum à fine sola ratione distinguitur. Sunt igitur, auditores Charissimi, quædam actiones ex se bonæ, quædam ex se malæ, quædam indifferentes, sed tamen à fine formam & speciem capientes, ut tales sint, qualis est finis. Malæ autem actiones nullo proposito fieri possunt bonæ. Ideo nos monet B. Paulus Apostolus, ne faciamus mala, ut cueniant bona. Quod enim ex se malum est, semper est malum. Quando igitur de genere humanarum actionum diximus; deinceps de fine dicamus; qui est humanarum actionum forma, siue perfectio. Finem cùm dicimus, quid

iu-

Rom. 3.

intelligi velimus, suprà notauius, nempe id, cuius gratia quicpiam agimus, voluntatij motus terminum. Porro voluntatis in finem motum Theologici vocant intentionem: quamquam & finem hoc intentionis nomine persæpe disignant. Atque id sanè, in quod voluntas afficitur, est bonum, non enim appetitur, nisi quod est bonum; aut aliquam boni speciem habet. Bonum verò est, quod naturæ conueniens est: summum verò, siue extremum bonum est, quod totam naturam perficit, siue totum naturæ desiderium explet: quia cuncta complectitur, quæ natura desiderat. Et cuiusque rei unus est ultimus finis; quia una est cuiusque rei perfectio: medijs verò fines plures sunt; sed qui tamen omnes ad ultimum spectant. Exempli gratia, unus est hominis ultimus finis, unum summum bonum, quod quemque hominem beatum facit: medijs verò fines sunt complures, certarum actionum proprij, dissimiles quidem inter se, verum ultimi finis, ad quern pertinent, communione cognati. Quis enim vestrum ignorat alias esse iuris peritorum, alias medicorum, alias militum, alias mercatorum, alias agricolarum, alias nautarum actiones pro dissimili vita conditione, & statu? verum & illis, & ipsis vnum, idemque summum bonum propositum est: cuius adeptione felix omnis homo fit, atque beatus. Nos de ultimo fine loquimur, in quem omnia referri debent. Quem quidem non omnia percipiunt, sed tantum ea, quæ mente & ratione prædicta sunt. Hæc enim sese agunt; quia integrum ipsis est rem eandem velle, ac nolle, seseque huc, & illuc appellere. Hunc finem, Auditores charissimi, semper animo & cogitatione spectare debemus: ne, si ab ipso aberrauerimus, nos ipsos aliquando stul

G 2 titiæ,

titia, insanæque damnemus. Cum autem hominis, humānarumvè actionum finem ultimum inquirimus, bonum inuestigamus; quod totam hominis naturam perficit, & (ut dici solet) omnibus numeris explet. Quod bonum omnia bona

Mat. 6. continens à Christo præclarè thesauro, qui multarum rerum pretiosarum copiam reconditam significat, assimilatur. Sed quoniam ignorantia tenebris obcæcati, & malarum cupiditatum blanditijs decepti, minimè finem nostrum, fine extreinum, aut summum bonum cognoscimus; minimeque requirimus, quisque roget obsecraretque

Pf. 38. Deum, ut notum sibi faciat finem suum. Sunt etenim plerique molles, delicati, voluptarij, qui sese corporis voluptatibus ita totos dediderunt, ut dignitatem suam, animique præstantiam nullo modo conspiciant, digni, qui in Epicuræorum porcorum grege annumerentur: quorum

Philip. 3 Deus venter est, ac uitæ actæ finè honore infamis & ignominiosus exitus. In istos illud Psal-

Pf. 48. mistæ carmen rectè, dici potest, Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sunt etiam plerique de stultorum infinito numero, qui felicitatem suam in pecunia ponunt, amentes, quoniam se extra se querunt, & auari, quoniam sunt appetentes alieni, ac deinceps iniqui, quoniam ius omne violant, dum augeri diuitijs, & locupletari fortunis impensiùs student.

Equidem nec vidi, nec legi, neque unquam audiui quenquam à diuitiarum possessione fuisse beatum. Vsus bonus diuitiarum, qui à virtute est, non ipsa possessio laudatur: nec diuitiae possunt hominem beatum facere, quæ ad naturam hominis non pertinent, ideoque semper sitiuntur, quoniam

niam opinione, non ipsa natura petuntur. Bonum autem est naturæ perfectio. Quæ autem est auro, & argento cum humana intelligentia, vel etiam cum humano corpore naturæ cognitio? Sed hominis felicitas amitti non potest: diuitiae verò tum exeduntur à tinea, tum rapiuntur à furibus. Sapientissimeque nobis Christus suadet, ut ne nobis thesaurizemus thesauros in terris, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Verumtamen auiditas pecuniæ malum execrandum, proh Deum immortalem, ita Christiani nominis permultos homines, & quod dolendum magis est, eos, qui alijs præsunt, inuasit, vt à Christiana paupertate, & æquitate ad Genitium auaritiam, & iniquitatem detorserit. Ij non virtute sed pecunijs inter alios excellere magnum, & pulchrum existimant. Plerique dignitates, & honores, ac nominis prædicationem, & gloriam, tanquam summum bonum, tanto studio quærunt, vt nullam omnino quietem capiant, non irridendi magis, quam miserandi; quod ita sensus omnes suos teneant ex aliorum hominum existimatione suspensos, vt neque secum sint, neque sibi viuant: & aliorum seruientes cupiditatibus, & opinionibus, non solùm magnos corporis labores, verùm etiam multa homine libero indigna cum ingente animi dolore miserè, & turpiter ferant. Qua quidem seruitute nulla est durior: quæ nihil ocij, nihil habet quietis, & tranquillitatis. Tum bonum, quod in nobis non est, nostrum non est. Sed qui spectauere quod in homine præstantissimum est, mentem, inquam, & rationem, ij dixerunt animi rectam affectionem, virtutem scilicet, ad benè beatęque viuendum satis per se ipsam valere. Laudandi porro philosophi, quod in rationis lumen in-

Matt. 6.

G 3 spexe-

spexerint, atque hominis speciem, dignitatem, & amplitudinem tutati sint. Verum isthac virtus, quæ humano ingenio, & studio comparatur, quæque nimis arroganter, & falsò isti philosophi pollicentur, neq; intelligentiam nostram omni ignorantie liberat, neque omnia voluntatis desideria satiat. Sed neque felicitatem, quam inaniter ijjdem philosophi prædicant, præstare humana virtus potest. Nam (ut omittam ingentes huius vitæ labores, & erumnas) nulla vis frenare potest libidinem peccandi, nisi diuina. Quid, quod ipsi met philosophi non fuerunt isthac sua virtute contenti? & qui contentos se simularunt, simulationem suam aliqua tandem aut diuitiarum, aut honorum, & gloriæ cupiditate prodiderunt? Do, Auditores charissimi, humanorum bonorum maximum esse humanam virtutem, atque in se habere cur expetatur; quoniam per se laudabilis, & honesta est: verum humana uirtute prauas appetitiones uincere nequimus; neque in ipsa sunt omnia, quæ desiderare possumus, bona. Quid ergo est, cuius adeptione beatus omni ex parte fit homo? Id profecto est Deus: qui est omne bonum, ut à nobis alio die pluribus differetur. Sed dabunt philosophi Deum esse summum bonum, in quo sunt omnia bona; verum esse summum hominis bonum negabunt. Nos ipsorum inscientiam breuiter arguemus. Cùm, A. C. omnia bona sint à Deo, à quo pendent vniuersa, nihil sanè potest absque diuino numine consistere. Ac rectè poëta ille, quem etiam B. Paulus in Apostolorum attestis probat, In Deo, inquit, uiuimus, mouemur, & sumus: qui ubique est, means per omnes naturas, vniuersitatem rerum tuens, atque gubernans. Nec tamen Deus, licet ubique sit, omnibus in rebus est simili,

simili, ac pari modo. Nam aliter est in expertibus, aliter in capacibus rationis, ab his enim cognoscuntur, & diligitur; ab illis nec diligi, nec cognosci potest; quia carent intelligentia, & voluntate. Ceterum in nobis est duplex Dei cognitio, ut alias docuimus, altera supernaturalis. Naturalis est, quam insito menti nostrae lumine deprehendimus: supernaturalis vero, quam ab infuso extrinsecus coelesti lumine capimus. Illa Deum cognoscimus esse moderatorem vniuersi, hac creatorem, atque humani generis redemptorem, & coelestis gloriae, vi- tæque datorem. Illa manca, & imperfecta est: quia non habet inspectionem eorum, quæ ad consequēdam coelestem gloriam necessaria sunt: hæc plena, atque perfecta; quatenus de Deo nobis tradit ea, quæ ad comparandam eternam salutem sunt satis. Atque ut duobus modis Deum cognoscimus, naturali, & supernaturali cognitione, sic quoque (nā cognitionem sequitur amor) duobus modis Deū amamus, naturali dilectione, & supernaturali, quæ propriè charitas nominatur. Illa est imperfecta, quia nos cum Deo non consociat; hæc perfecta, quia nos cum Deo coniungit, est enim charitas cōglutinata hominis cum Deo amicitia; qua Deus in homine, & homo in Deo spiritali quadam necessitudine est. Quamobrem si veritatis cognitio intelligentiā hominis exornat, Deus autem est ipsa veritas, profectò mens nostra non nisi uera ueri Dei cognitione perficitur: & uoluntas nostra si communi, & æterno bono saturatur, Deus autē est omne bonum; certè non nisi in Dei beneuolentia & charitate conquiescit. Quid si animi, quæ pars in homine præstantior est, desideria explet Deus, explebit etiā, cū tēpus erit, desideria corporis, ac tolleret omnem egestatem, omnesque labores, atq; do-

G 4 lores.

Pf. 72.

lores. Quas ob causas magnis ille, & sanctus rex, idēq. propheta Dauid, Mihi, inquit, adh̄erere Deo bonum est. Nec tamen vlli suis viribus potest (vt diximus) homo Verè Deum cognoscere, verèque amare, si non cœlesti, & diuina gratia iuuetur. Ipsa enim suo luamine, quod esse dicitur fidei, mente & nostram illustrat, vt Deum cognoscamus; & suo motu, qui charitas nominatur, voluntatem afficit, vt eundem, in quo summa omnium bonorum est, amenus. Atq; vt amare non possumus, quod ignoramus, sic absque fide nulla charitas est. Fides voluntati finem ostendit, ipsum, inquam, summum bonum: quod intentis viribus, ac toto studio, conatuq. sequatur. Proinde fides est, quæ nostram intentionem dirigit. Ideoquæ B. Paulus peccatum esse ait, quod ex fide non est: quoniam errat à fine. Qualis enim intentio, talis & actio est: si bona intentio, etiam actio est bona: sin prava intentio, etiam actio prava. Ut enim ab efficiente causa res effectæ ducunt vim suam, sic à fine actiones nostræ formam suam, & qualitatem accipiunt. Hoc sanè Christus docet sapientissimus veritatis doctor, & sanctissimus uitæ præceptor, dum intentionem oculo, actiones corpori assimilat. Inquit enim totum corpus tenebricosum esse, dum caliginosus est oculus: contrà, dum clarus est oculus, totum etiam corpus perspicuum, & dilucidum esse. Quòd si bona opera non relata ad Deum euadunt vanum (uanum voco id, quod nullum bonum finem cōsequitur: qualia sunt fatuarum uirginum opera, quæ sine charitate fiunt) mala opera qualia nam erunt? Iam uero quia summum bonum thesaurus quidam est recōditam omnium bonorum copiam seruans, & summum hominis bonum est Deus, qui in cœlis est, Christus, qui nos hortatus est, ne thesaurizemus the-

Rom. 14

Matt. 6.

Matt. 6.

thesauros in terra, hoc est, ne in terrenis, & caducis bonis ullam spē habeamus, quæ nō modò summa, sed ne bona quidē sūt, cū uel hominū improbitate perdātur, uel iniuria tēporū amittātur, nec satiare nos possint, sapientissimè quoque nos horratur, ut in cœlo thesaurizemus thesauros, hoc est, in cœlestibus, & æternis bonis felicitatem ponamus; quæ nullo modo auferri, aut corrūpi quēunt, & summis atque perpetuis lætitijs nostrum animūm cumulant. Rectè etiam inquit, quoniam noster animus semper id aspicit, à quo beatum se fore existimat, ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quamobrem Auditores charissimi uelim, quando summum bonum cuique id est, quod assidue mente contrectat, ut uestrum quisque secum ipse consideret, quam rem frequentissimè cogitet, quiduè dies, ac noctes animo uerset: sic intelliget quid in uita maximè optet. Nam de quo quisque maximè cogitat, in eo fixum animum tenet. Avarus in pecunijs, ambitiosus in honoribus, gulosus totus in patinis est. At sapientes, & ueri Dei cultores, qui Deum spiritu adorant, manus suas cum Davide non ad has mobiles, & incertas res demittunt, sed ad diuina mandata eleuant: quæ super auctum, & topatium diligunt: quæ nimirūm per se ipsa diligunt, non propter ullam rem earum: quas huius mundi amatores summo studio prosequuntur. Ideoque in Moysis faciem Indæi nequibant ob interpositum uelù intendere: quia diuina mandata non propter Deum, sed propter terrenam mercedem faciebant. Hic interim aduertite beatitudinem esse iustitiae mercedem: quæ iustis à Deo rependitur, uoco iustos non quos humanum studium, sed quos diuina gratia facit iustos. Proinde nulla merces a Deo belluis proposita

*Mat. 6.**& Luc. 12.**Ps. 118.*

posita est ; quia sunt omnis uirtutis expertes : quippe quæ carent ratione, ut nullum delectum habent eorum, quæ agunt, sed solo instinctu naturæ agantur. Causa enim promerendi à Deo est liberum arbitrium, libera, inquam, optandi, agendique quicquam facultas. At homo, quia sui iuris est, ac suatum actionum habet potestatem, est capax mercedis. Verum tamen diuinam beatitudinem promereri non potest, nisi uoluntatem eius, & rationem diuina gratia informet. Atque is, cuius animus sic informatus est, ad Deum omnia refert, & iustus est. Nec mihi quisquam persuaserit se, dum diuina mandata exequitur, simul terrestrem mercedem, clementemque spectare. Nam id fieri nequit : quoniam differentes sunt isti, & discrepantes toto genere fines, ut ad hunc ille nullo modo pertineat : nullumque fas est, Christi grauissima, verissimaque sententia, duobus inter se contrarijs dominis seruire Māe et Mat. monæ, & Deo. Fallaris, falleris stulte, fallaxque hypocrita, si tuorum ieuniorum, elemosynarum, orationum à Deo, simul & hominibus mercedem expectas. Toto aberras cœlo uni seruiendum, uni placendum est Deo; cuius sunt omnia ; qui rex, qui dominus, qui princeps est omnium, solus colēdus, & amandus super omnia. Non potest arcus, nisi unum in scopum intendi, nec uoluntatis motus nisi unum in finem dirigi: quem voluntatis in finem motum nos suprà diximus à Theologis intentionem uocari; sacra scriptura uero scitè arcum appellat. Eademque scriptura superborum hominum arcum ait à Deo confringi, humilium uero intendi, & regi. Qui suas actiones in duos distantes inter se fines dirigunt, duplēm habent intentionē, seu duplex cor : quos tanquam proditores salutis suæ, ac diuinæ maiestatis desertores a se Deus, qui sincerè

Zuc. 16. tia, duobus inter se contrarijs dominis seruire Māe et Mat. monæ, & Deo. Fallaris, falleris stulte, fallaxque hypocrita, si tuorum ieuniorum, elemosynarum, orationum à Deo, simul & hominibus mercedem expectas. Toto aberras cœlo uni seruiendum, uni placendum est Deo; cuius sunt omnia ; qui rex, qui dominus, qui princeps est omnium, solus colēdus, & amandus super omnia. Non potest arcus, nisi unum in scopum intendi, nec uoluntatis motus nisi unum in finem dirigi: quem voluntatis in finem motum nos suprà diximus à Theologis intentionem uocari; sacra scriptura uero scitè arcum appellat. Eademque scriptura superborum hominum arcum ait à Deo confringi, humilium uero intendi, & regi. Qui suas actiones in duos distantes inter se fines dirigunt, duplēm habent intentionē, seu duplex cor : quos tanquam proditores salutis suæ, ac diuinæ maiestatis desertores a se Deus, qui sincerè

Pf. 36.

lat. Eademque scriptura superborum hominum arcum ait à Deo confringi, humilium uero intendi, & regi. Qui suas actiones in duos distantes inter se fines dirigunt, duplēm habent intentionē, seu duplex cor : quos tanquam proditores salutis suæ, ac diuinæ maiestatis desertores a se Deus, qui sincerè

sincerè diligi uult, summopere detestatur, Veh, in- Ecclesia
 quiens, dupli corde : rectos autem corde, nimi- Sti. 2.
 rum, bonam intentionem, seu mentem habentes
 diligit. Quidnam illud est, quod Christus dicit,
 Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid Mat. 6.
 faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui est in abscondito, reddet tibi ? videlicet, quod æterna bona assignantur dexte-
 ræ, caduca uero finitæ, cum propter Deum Deo
 seruimus, tunc nescit sinistra, quod facit dextera :
 cum uero etiam propter bona temporalia seruimus
 Deo, tunc quod facit dextera scit sinistra: nullaque
 tunc à Deo merces accipitur. Ut igitur à Deo mer-
 cedem accipias, Deo propter ipsum solum seruito.
 Hoc est in templo coram Deo ministrare: hoc est
 Deo, non hominibus seruire. Commendat autem
 sacra scriptura semper eos, qui coram Deo mini-
 strant. Ministrant autem coram Deo, qui Deum in
 spiritu, & veritate adorant; cui tota mente totisque
 viribus seruiunt, ut toti Deo penitus adhærent.
 Vos itaque Auditores charissimi, nolite, sicut hy-
 pocritæ, vestram iustitiam coram hominibus face-
 re, sed coram Deo: non quod ante homines opera
 bona facienda non sint; nam etiam à Christo di-
 scipulis suis præceptum est, ut sic luceret lux eorum
 coram hominibus, ut viderent eorum opera bona,
 & glorificarent patrem eorum, qui in celis est; sed
 ne laborum, operumque vestrorum mercedem ab
 hominibus, quæ vana, & mendax est, desideretis,
 veram expectetis à Deo, quæ est ipsa felicitas, &
 beatitudo. Hypocrita, qui uis omnibus hominum
 commendationem, non Dei gloriam querit, quem
 nam obsecro laborum suorum, & operum fructum
 refert ? meritum vano studio præmium, popularē,
 inquam auram, atque iactantiam, dignam ambitio-
 ne

ne mercedem. Ipse met hypocrita sua opera pro nihilo ducit, qui tam leui pretio tantam uirtutis dignitatem minuit. Nec quidem id mirum est, cum sanctitatem praese ferat, quam nullam habet. Hoc quippe est esse hypocritam, alienam personam gerere, ideoque suam faciem immutat, ut alienam effingat: & id agit, ut uir bonus esse videatur, cum maximè fallit: estque Deo, pariter & hominibus odiosus, qui amans sui, & ceteris iniquus nec Deum timet, neque homines ueretur. Sed quando Christus hypocritas tot in locis tam grauiter exagitat, non est, quod nos eos pluribus insecumur. Quamobrem, Auditores charissimi, ut orationem meam concludam, si neque externa bona, neque corporis uoluptates, neque ipsa humana uirtus, sed una Dei charitas nos uerè beatos è facit; quid in ieiunijs quid in eleemosynis, quid in orationibus, quid in uigilijs, quid in alijs pietatis operibus, nisi Dei gratiam, & benevolentiam, spectabimus? Nolite currere, ut Beatus Pauli uerbis utar, tanquam in incertum; nolite pugnare tanquam aërem verberantes. Si non illam cœlestem gloriam, & sempiternam beatitudinem sperarem, mallem in Epicureorum, quam in hypocritarum partes concedere: quoniam hi nullam delectationem omnino neque in hac uita sentiunt, neque in illo seculo capient: illi saltem aliquam voluptatem in haœ vita percipiunt. O me insanum, si felicitatem ibi licet, ubi nullum est bonum? O me miserū, si pro inani, & populari aura, cui nihil boni, nihil solidi subest, in tot uitæ laboribus, atque periculis me semper exerceam? Sed non equidem aliud, quam te, bone Deus, quæram, & amabo: à quo mihi omnia bona cumulatissimè erunt.

DOMI-

Dominica I. Quadragesimæ.

C O N C I O

De Tentationibus.


MAgne quidem mihi curè semper fuit,
 Auditores charissimi, uestra salus,
 nunc uerò maximæ est, cùm huma-
 ni generis acerrimum hostem Dia-
 bolum inspicio, postquam a Christo
 Iesu nostro duce singulari certami-
 ne, quod gestum hodie audistis, superatus est, effre-
 nato furore in uestræ domos inuadere, atque in-
 credibili prædæ auditate cunctorum opibus im-
 minere; nec uos ad resistendum, pace uestra dicam
 sic instructos & paratos esse, ut maximum salutis,
 & uitæ uestræ periculum postulat, ni forte creda-
 tis aut nullum hostem adesse, aut nullum ab ho-
 ste uobis periculum imminere. Non est uobis,
 Auditores charissimi, non est cum aliquo audace
 homine res, sed cum immanissima, & teterrima
 bellua diabolo, cuius neque odium vestra calamiti-
 tate expletur, neque crudelitas vestro sanguine sa-
 tiatur. Quamobrem statui vos de bello, quod iuba-
 tus iste, atque immani specie terribilis Draco no-
 bis perpetuum indixit, monere, deque eius tenta-
 tionibus dicere; quibus tanquam bellicis tormentis
 continenter nos appetit: nec nō docere, quibus
 armis tegi, & ornati nos oporteat, vt omnes eius
 conatus refringamus, & pugna superiores simus.
 Quem, Auditores charissimi, Græci à calumnia,
 malitiaque Diabolum, Hebrei Satanā, hoc est, ad-
 uersarium

110 DOMINICA I.

uersarium appellant: quia semper contra nos pugnat, ut diuina gratia, & gloria priuet, concitatus odio, elatus superbia, armatus audacia, amens furore. Cuius contra nos odij causa vobis à me breuiter exponenda est. Cùm Deus cœlum creauit, simul etiam quosdam spiritus genuit incolas, & habitatores cœli, sic à naturæ subtilitate, & simplicitate dictos: quia sunt omnis corporeæ iunctionis expertes, ac deinceps immortales: Qui etiam, quod rationis participes sunt, mentes; &, quia res aperte sine vlla ratiocinatione cognoscunt, intelligentiæ; ac, quoniam à Deo ad certa officia mittuntur, Angeli nuncupantur. Quorum qui præstantissimus, & clarissimus fuit, à summo splendore Lucifer appellatus est: quem Iob dixit esse principium viarum, hoc est, operum Dei: & Ezechiel Signaculum diuinæ similitudinis, plenum sciætia, & perfectione, decorum in delitijs Paradisi. Is excellentem naturæ suæ præstantiam, & scientiæ suæ magnitudinem intuens, insolenter se extulit, ac diuinæ parem potentiam superbè nimis asciuit, dicens, (vt in Esaïa legitur) Ascendam in altum, non ad locum aliquo cœlo altiore (neque enim cœlo ullus locus est altior) sed ad diuini numinis excelsitatem: & exaltabo solium meū, & ero similis altissimo, non quidē sanctitatis imitatione, sed potestatis æqualitate: Quo cum facere permulti ex omnibus Angelorum ordinibus, imitatores eius impietatis, atque superbæ, quos omnes Deus, qui superbis resistit, de cœlo in hunc caliginosum aërem deiecit. Quorum ca-

s. Pet. s. sum B. Ioannes in Apocalypsi describit, Draco de cœlo cadens secum traxit tertiam partem stellarū.

Cap. 12. Et quidem Angeli dicuntur Stellæ, & astra. Sed scire vestrum quispiam fortè uelit, quo pacto Angelorum alij ceciderint, alij steterint, cùm omnes à Deo

QVADRAGESIMAE. III

Deo boni creati sint? Dicam. Deus, à quo nihil fieri potest, quod malum sit, cùm sit ipsamet bonitas, omnes Angelos creauit bonos, & in suo genere pro tempore perfectos, sed aptos fieri meliores, si se ad Deū conuertissem̄; contrā, si se auertissem̄, deteriores. Integrum autem ipsis erat, uel ad Deū se conuertere, uel auertere à Deo; quia liberum voluntatis motum, liberumve arbitrium habebant: quanquam ad Deum sine diuina gratia conuerti non poterant. Conuerti enim ad Deum est cū Deo charitate coniungi: auerti uero à Deo est à diuina benevolentia & amore seiungi. Et alienare quidem se à Deo per se illi poterant; quoniam in ipsis erat potestate peccare: non tamen conciliare se cum Deo à se poterant: quia non erat situm in ipsis in Dei benevolentiam redire. Igitur malorum Angelorum exitij causa tantum in ipsis fuit: bonorum vero salutis, & æternæ gloriæ in Deo; à quo est gratia: quæ capacem rationis naturam ita exornat, ut Deo singulariter chara, & iucunda sit. Ac sanè gratia, qua se boni Angeli ad Deum conuerterunt, non fuit ea, quam Theologi vocant operante, qua quis ex iniusto fit iustus; neque enim erant iniusti; sed illa, quam vocant cooperantem, quæ voluntatem nostram ad prosequendum summum bonum adiutat. Vnde qui adiuti cœlesti gratia se ad Deum conuerterunt, adierunt cœlestium bonorum æternam possessionem; qui vero ad creatum bonum à Deo se auerterunt, ceciderunt ab æternâ hæreditate, non quam acceperant, sed quam accepissent, si se ad Dei benevolentiam applicuissent. Nunc vnde mali Angeli contra nos tantum odium ceperint, ut humanū genus penitus deletum, quantum in ipsis est, uelint, paucis explicabo. Vbi Daemon è summa illa cœli stelliferi regim̄; atque isti in



312 DOMINICA I.

tissimo domicilio depulsum, & ejectum se uidit; atque in suum locum hominem sufficiendum esse cognouit, ut angelicæ ruinæ hominum substitutio ne resarcirentur, simulque intellexit à Dei filio naturam humanam aliquando assumendam, incredibili dolore, atque iracundia exarsit, hominisque dignitati, & gloriæ mirabiliter inuidit, acerrimique inuidiæ motu affectus cœpit hominem à Deo miris modis auertere, ne coelestem hæreditatem caperet, quam ipse amiserat. Et Deus quidem è celo Dæmonas in hunc caliginosum aërem, quem tenebras vocamus, eiecit & ad ipsorum supplicium, & ad malorum hominū poenam, atque bonorum exercendam uirtutem, illustrandam patientiam, augendā cœlesti honore constantiam, donec dies iræ veniat; qua, peracto uniuersali iudicio, eos cum suis affeclis in inferna loca detrudat. Quot uero, quibusvè modis conéatur inducere hominē ad peccandum, ut alienū à Deo faciant, deinceps dicemus; si priùstamen quid sit tētare descripsérimus: quandoquidē omnes Dæmonum contra nos infidiæ, conatus, & impetus, uocantur tentationes. Tentare præcipue est experiri, seu periculum de re aliqua facere, uel tractādo aliquid velle cognoscere. hinc tentatio experientiam significat. Sic Deus tentasse

Gen. 22. Abraham dicitur, hoc est, de eius fide periculum fecisse, cùm illi præcepit unicum filium Isaac in holocaustum offerre. Cùm enim illi promisisset in *Gen. 12.* eius semine benedicendas omnes gentes; neque ille *Gal. 3.* esset nisi hic unus filius Isaac, & uxor natu grādis, & ad concipiendum, & parjendum inepta, iubens ut hunc vnum filium immolaret, expertus est an diuinæ pollicitationi crederet. Nec uero tentauit Deus Abraham, quod ipse de eius fide dubitaret, qui scit aperte quod est in homine; sed ut eius fides

AD TITULUM

QUADRAGESIMAE. 113

Fides nota & manifesta omnibus fieret. Atque vt
Abrahæ fidem, sic etiam Iob, & Tobiæ patientiam
grauissimis malis tentauit, vt alijs testata, & illu-
stris esset, quam imitatione sequerentur. Sic porrò
in Tobiæ libro scribitur, Hanc tentationem ideo Cap. 2.
permisit Deus euenire Tobiæ, vt posteris daretur
exemplum patiētiae eius, sicut & sancti Iob. Vnde,
quia virtus in aduersis rebus maximè cernitur, &
tanquam aurum in fornace probatur, interdū ten-
tatio significat ærumnā, siue (vt Theologi loquun-
tur) tribulationem: qua Deus vel punit culpas no-
stras, vel probat patientiam, vel merita, & virtutes
amplificat. Sic sacra scriptura Deum inquit ele- Sap. 3.
ctos suos; tanquam aurum in fornace, probasse.
Adhæc tentatio (nā tentare quandoq; est in pecca-
tum inducere) impulsionem in peccatum significat,
qua tentatio propria est Diaboli: à qua tentatoris
nomen inuenit, utpote caput omniū malorū, atque Cap. 4.
omniū scelerū architectus. Sic B. Matthæus Euāge
lista Diabolū tentatorē vocat, cùm inquit, Accedēs
tentator ad eū. sic B. Paulus in Epistola priore ad 1. Thess.
Thessaloniceses scribit; Is, qui tentat, uolēs Diabo
lum intelligi. Hoc pacto Deus, qui vult oēs homi-
nes saluos fieri neminem térat. Ob idq; B. Iacobus
Deū intentatorē malorū appellat. Quod si quis me-
roget, cur Deū, si intentator malorū est, Dauid pre-
catur, Ne tradas me calūniantib. me, videlicet Dia-
bolis aduersarijs, atque calumniatoribus? Cur etiā
Christus in illa oratione, qua nos orare docuit, Pa
ter noster, qui es in celis, & reliqua, etiam addidit,
& ne nos inducas in tentationē? Isti interrogatori
breuiter satisfaciam, & sublatā oēm dubitationem
sentiet, qui duplicem esse causam efficientē, vt Phi
losophi tradunt, intelliget, alteram, quam uocant
H positiuam,

TR⁴ DOMINICA I.

posituam, quæ vi sua quidpiam facit, vt ignis
ui sua calorem in admotam materiam inducit, al-
teram, quam priuantem nominant, nimirū, a cuius
absentia, uel amotione aliquid euenit: vt cū ex gu-
bernatoris absentia tempestate nauis euertitur. Sic
Martha fratri sui Lazari mortis causam fuisse di-
Io. 11. xit absentiam Christi: cui dixit, Domine si fuisses
hic, frater meus non fuisset mortuus. Hac igitur ra-
tione dicimus Deum in temptationem aliquem in-
ducere, cùm ipsum deserit. Vinci enim tētatio sinē
Dei singulari auxilio nequit; quod dū nobis à Deo
contra rcs nobis aduersas non adfertur, dicimur à
Deo deserī, non iuuari, in temptationē induci. Neq;
aliter excēdere Deus quempiā dicitur, cùm ab il-
lius mentis oculis amouet cēlestis gratiæ lumen,
quo cernitur verū. Neque iniōquus est Deus, cū ho-
minem sua gratia priuat: quia se homo alienat à
Deo, & diuinis muneribus p̄fstat indignū. Quā-
obrē, Auditores charissimi, semper, & enixè Deū
immortali oremus, vt ne suā à nobis alienet uo-
luntatem, neve suos famulos in tot, tantisq; salu-
tis, & uitæ periculis deserat: sed semper adsit p̄f-
scns, atque omni tempore nos cōtra omnes diabo-
licos incursus, impetusq; defendat: aut, si contige-
rit aliquando nos ob nostram imbecillitatē, fragi-
litatemq; concidere, supponat manum suam, ne
Pf. 36. collidamur, suaq; dextera, & auxilio subleuatos cō-
Eph. 6. tra robustam Diabolorum improbitatem audacio-
res, & valentiores efficiat. Si nobis, ut B. Pauli uer-
bis vtar, colluctatio esset aduersus carnē, & sanguinem, id est, aduersus homines, non equidē in uobis
tantum animi ardorem ad defendendā corporis sa-
lutem requirerem; sed quia nobis est concertatio
aduersus principes, & potestates tenebrarū harū,

hoc

QVADRAGESIMAE.

hoc est, aduersus Dæmonas totius generis humani
perpetuos, & immanes hostes, nobis & uiribus, &
ingenio longè superiores; ideo uos moneo, & hor-
tor, ut ab ipsis fraudibus, & insidijs maximè
caueatis, armatiq[ue] cœlestibus armis, eorum incur-
sus, atq[ue] conatus ualidissimè propulsatis. Nec quis-
quam putet Diabolū vel potentem, vel sagacē, vel
expertum nō esse. Nam, vt B. Job scribit, nullius est
potentia, quæ cum eius potētia comparetur; quam
potentiam habet à Deo; et si malam uoluntatē ha-
bet à se ipso, & cuius simplex est natura, ciudem
quoque mira est calliditas atque solertia; nec paruū
habet tentationū usum, quem longa tot annorum
experientia peritum effecit: nec dubitemus de eius
voluntate nocendi, cuius in omnes bonos immane
semper est odium; quod armat arrogantia, exacuit
inuidia, confirmat iniq[ua]tas. Ac fortè cuipia Deus
uideri posset iniquus, q[uod] viētos à Dæmone puniat;
siquidem vires Dæmonū, & hominum longè im-
pares sunt, & pugna maximè inæqualis. Illi enim
ualétissimi sunt, nos autē imbecilli. Verū licet Dia-
bolus robustissimus sit, non tamen hominis uolun-
tatem potest cogere, sicque Deus illi dedit tētandi
potentiam, nobis etiam dedit resistendi uirtutē; sed
neq[ue] finit nos supra vires nostras tentari, ut B. Pau-
lus ait, Fidelis Deus, qui non patitur uos tentari su-
pra id, quod potestis. Et quò quidem maius est Dæ-
monis robur, eo magis ad diuinā opem & gratiam
confugere debemus. Singulari quoque Dei benefi-
cio nobis est opus, ne Diaboli, quæ summa est, ma-
litia decipiatur, quandoquidem s[ecundu]m formam lu-
centis Angeli suscipit, vt boni specie fallat; nocet
que grauius, quò est eius astutia rectior. Neque e-
nim minuſ inimicorum timendæ insidiæ sunt, quā

Cap. 41.

s. Co. 20

H 2 arma;

¶ 6 DOMINICA I.

Iarma; sicut factus amicus non minus fugiendus est quam hostis apertus. At quando nostis communem omnium hominum hostem, & inimicitarum causam, eius quoque tentationes, quae, qualesque sint, aspicite; quas, tanquam tela, uel declinatione aliqua effugiat, vel diuinis armis oppositis propulsetis. Primit hominibus Ade, & Euę coniugib. in paradiſo delitiarum loco positis precepit Deus ut de fructibus omnium lignorum, que erant in paradiſo, vescerentur, praeterquam de fructu ligni, quod plantatum in medio paradiſi erat. Tu vas et iste & ueterator Diabolus, cui, sicut Poëta quidam ait,

Aeneid. nomina mille, mille nocendi artes sunt, ut Ade mentem peruerteret, ne diuino iussu pareret, ac non pariendo se, totumque genus humanum unam perditum iret, formam callidi serpentis induit, à qua nomen Draconis accepit: neque ipsum Adā, sed eius coniugem Euā tentare, atque ad contempnendum diuinum mandatum inducere aggressus est, persuadens sibi mulierem facilius decipi posse, quam virum, q̄ foemina esset tuin nature molitudine flexibilior, tu ingenij leuitate mutabilior, tum curiositate ardentior, tum consilio infirmior, atque ad credendum ea, quae arrident, proclivior: mox etiam viri animum deuictum coniugis amore citius debellandum. Itaque ad mulierem liberem, & familiariter accedit, & simulata benevolentia sic ipsam interrogat, ut tentandi ansam ex eius responsione capteret. Cur precepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno Paradiſi? Cui mulier respondit à Deo sibi ueritatem esse de ligno, quod est in medio paradiſi, comedere, ne moreretur. Ad hanc responsionem Diabolus diuinæ voluntatis, & iussi malus interpres obiecit, nequaquam moriemini. Scit enim Deus, q̄ in quocunque die comedetis

Gen. 3.

tis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis, sicut Dij, scientes bonū, & malum. O malitiosam interpretationē? O uenena tā locutionem? Negat Dei animū esse ingenuū, & liberalē: negat diuinū præceptum utile, & honestū esse: tentatq; Euā tribus uitijs, gula, inani gloria, & auaritia; quæ capita sunt reliquōrum omniū uitiorum. Gula est nimia cibi aviditas hominem in pecudem mutans: inanis gloria est amor propriæ excellentiæ hominem in volucrē conuertens, auaritia est intemperans cupiditas habendi non solū pecunia verū etiam scientiā, hominem in pīscem maris immutans, q; ad conquerēdas opes partes in omnes animo, corporeq; percurrat. In gulā tentatio illis verbis notatur, in quoque die comederitis ex eo; in inanē gloriam illis, Aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij: in immoderatum sciēdi studiū illis, scientes bonū, & malum. In hæc tria genera temptationum reduci quævis alia tentatio potest: quoniā ad hæc tria peccata gulam, inanem gloriam, auaritiā cetera peccata reuocantur. Nam gulam, seu gulositatem, uitium, inquam, uentris, & gutturis consequitur luxuria, vt præclarè poëta ille Comicus ait, sine Cerere, & Baccho friget Venus, Plenoque ventri assidet benè agendi torpor, & inertissimum, atque desidiosissimum otiū. Cum inanis gloriæ appetitione coniuncta est superbia; quæ est insolens animi elatio. Superbiam comitantur iracundia, & inuidia. Nam superbiciò excandescunt ira, quia uolunt videri ab omnibus colli, nec à quoquā despici. Et qui volunt alijs excellere, neminem patrem ferunt, nedum superiorem: itaque aliorum fortunis, honoribus, laudibus inuident, qui præter se laudari, aut honoriari quenquā iniquo animo patiuntur. Atque ab his singulis capitalibus uitijs Dæmon certa

¶ 6 DOMINICA I.

Iarina; sicut fictus amicus non minus fugiendus est quam hostis apertus. At quando noster communem omnium hominum hostem, & inimicitarum causam, eius quoque tentationes, quae, qualesque sint, aspicite; quas, tanquam tela, uel declinatione aliqua effugiat, vel diuinis armis oppositis propulsetis. Primit hominibus Ade, & Euę coniugib. in paradiſo delitiarum loco positis precepit Deus ut de fructibus omnium lignorum, que erant in paradiſo, vescerentur, præterquam de fructu ligni, quod plantatum in medio paradiſi erat. Tu vas iste & ueterator Diabolus, cui, sicut Poëta quidam ait,

Aeneid. nomina mille, mille nocendi artes sunt, ut Ade mentem peruerteret, ne diuino iussu pareret, ac non parando se, totumque genus humanum unam perditum iret, formam callidi serpentis induit, à qua nomen Draconis accepit: neque ipsum Adā, sed eius coniugem Euā tentare, atque ad contemnendum diuinum mandatum inducere aggressus est, persuadens sibi mulierem facilius decipi posse, quam virum, q̄ foemina esset tum nature molitudine flexibilior, tum ingenij leuitate mutabilior, tum curiositate ardentior, tum consilio infirmior, atque ad credendum ea, quae ardent, proclivior: mox etiam viri animum deuictum coniugis amore citius debellandum. Itaque ad multum liberè, & familiariter accedit, & simulata benevolentia sic ipsam interrogat, ut tentandi ansam ex eius responsione capteret. Cur precepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno Paradiſi? Cui mulier respondit à Deo sibi ueritatem esse de ligno, quod est in medio paradiſi, comedere, ne moreretur. Ad hanc responsionem Diabolus diuinæ uoluntatis, & iussi malus interpres obiecit, nequaquam moriemini. Scit enim Deus, q̄ in quocunque die comedetis

Gen. 3.

tis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis, sicut Dij, scientes bonū, & malum. O malitiosam interpretationē? O uenenatā locutionem? Negat Dei animū esse ingenuū, & liberalē: negat diuinū præceptum utile, & honestū esse: tentatq; Euā tribus uitijs, gu la, inani gloria, & auaritia; quæ capita sunt reliquo rum omniū uitiorum. Gula est nimia cibi auiditas hominem in pecudem inutans: inanis gloria est amor propriæ excellentiæ hominem in volucrē con uertens, auaritia est intemperans cupiditas haben di non solū pecunia verū etiam scientiā, hominem in pīscem maris immutans, q; ad conquerēdas opes partes in omnes animo, corporeq; percurrat. In gulā tentatio illis verbis notatur, in quocūque die comederitis ex eo; in inanē gloriam illis, Aperi entur oculi vestri, & eritis sicut Dij: in immoderatum sciēdi studiū illis, scientes bonū, & malum. In hæc tria genera temptationum reduci quævis alia tentatio potest: quoniā ad hæc tria peccata gulam, inanem gloriam, auaritiā cætera peccata reuocantur. Nam gulam, seu gulositatem, uitium, inquam, uentris, & gutturis consequitur luxuria, vt præclarè poëta ille Comicus ait, sine Cerere, & Baccho fri get Venus, Plenoq; ventri assidet benè agendi torpor, & inertissimum, atque desidiosissimum o tium. Cum inanis gloriæ appetitione coniuncta est superbia; quæ est insolens animi elatio. Superbiam comitantur iracundia, & inuidia. Nam superbiciō excandescunt ira, quia uolunt videri ab omnibus coli, nec à quoquā despici. Et qui volunt alijs excellere, neminem parem ferunt, nedum suū periorem: itaque aliorum fortunis, honoribus, laudibus inuident, qui præter se laudari, aut hono rari quenquām iniquo animo patiuntur. Atque ab his singulis capitalibus uitijs Dæmon certa

118 DOMINICA I.

nomina sotitur ; à superbia Leuiathan , ab inani
 gloria Lucifer, ab auaritia Mammoni, ab ira Abed
 don, ab inuidia Satan, à gula Vehemoth, à luxuria
Asmodeus , quotum Hebrewcorum nominum in
 terpretationes persequi lögum esset. Videtis igitur
 quibus verbis Euam deceperit, & per Euā Adam
 & vñā cum Adam vniuersum genū humanū per
 diderit . Quate homicida dictus est à principio ,
 quo creatus est homo ; & ab eius inuidia mors in
 orbem terratum inttoiuit. His ipsis temptationibus ,
 quibus Euam tentauit, idem dēmon, quem volunt
 suisse Luciferū malorum Angelorum principem ,
 hoc die Christū tētat, gula, cùm illi lapides offert,
 quos in panes conuertat, comedatq; de ipsis: inani
 gloria , cùm illū hortatur, vt è pīnaculo templi se
 deorsum abijciat, vt, ab omnibus per aērem vola
 re cernatur: auaritia, cùm omnia regna mūdi, quæ
 palam ostēdit, se illi daturum pollicetur , si cadens
 in terram ipsum protus adoret. O Draconis fīlū?
 o deformē? o imprudens os? Qui is vestrum Audi
 tores charissimi non videt in prima temptatione si
 mulatum amorem, in altera prauum consilium, in
 tertia incredibilem impudentiam ? vt non verca
 tur petere à Christo cultum , qui soli Deo immor
 tali, ac totius mundi rectori, dominoque debetur ?
At verò etiam acuti , acrisq; serpentis calliditatem
 notate: qui sacræ scripturæ, quam malitiosè inter
 pretatur, utitur testimonio ad persuadendum Chri
 sto, ut è pīnaculo tépli se deorsum iaciat . Scriptū
 est, inquit, Angelis suis Deus mandauit de te, vt cu
 stodiant te in omnibus vijs tuis : quod in Psalmo
 90. scriptum est . Sed qui nequiter primos ho
 minum parentes vicie , à Christo strenue victus
 est, atque iisdem, quibus ipse pugnauit, sacræ scri
 pturæ armis . Nam primæ temptationi Christus oc
 currit

Ioan. 8.

Sap. 3.

Psal. 90.

occurrit illa scriptura, Non in solo pane uiuit ho- Dent. 8.
mo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei: Dent. 6.
secundæ ista, Non tentabis Dominum Deum tuū: Dent. 6.
tertiaæ hac, Dominum Deum tuum adorabis: & il-
li soli seruies. Sic igitur Christus factarum scriptu-
rarum armis repulit, fugauitque Diabolum. Ceter-
rūm nobis cum iſthac importuna, & immitti bel-
lua certandi conditio quadam parte melior, qua-
dam parte deterior est, quām primis nostris paren-
tibus fuit. Nam ab ipsorum primorum parentum
flagitio nostra est depravata natura, ut semper con-
tra rationem pugnet sensus, uel concupiscat aduer-
sus spiritum caro. Quæ naturæ prauitas est omniū
uitorum quoddam, quasi seminarium: quod à
Theologis peccati fomes uocatur. Sic ergo etiam
contra nostram salutem facit cum Diabolo nostra
met caro, seu praus appetitus, qui in nostris pri-
mis parentibus ante peccatum nullus fuit, quippe
quos Deus rectos creauerat. Præterea tot sunt in-
ter homines falsæ opinione, tantaq[ue] rerum bo-
natum ignoratio, ut in maximis inscitiae tenebris
uersemur à pueris, & turbulentos errores penè cū
nutricis lacte suxisse uideamur. Quarè dicit non po-
test, quantum nostræ saluti obsunt rerum terrena-
rum amatores, qui mendacibus uerbis, falsis sen-
tentijs, malis vitæ exemplis nos in graues errores
frequenter inducunt. Ergo etiam mundus, rerum
inquam, terrenarum amatores, in nostram perni-
ciem unà cum Diabolo, & carne cōspirasse video-
tur. Hinc nonnulli duo prima genera tentatio-
num faciunt, alterum interius, alterum exterius.
Exterior tentatio est, quæ extrinsecus infertur vel
signo aliquo, vel verbo. Atque hæc tentatio est
à mundo: Interior tentatio est, quæ intra nos ori-
tur vel à carne, vel à Djabele. Caro enim prauis-

motibus animum afficit; Diabolus verò materiam malorum suggestit. Ac licet extra nos Diabolus sit, tamen quia rerum imagines, quæ in hominis phantasias sunt, potest excitare, animoqué obijcere, vnde malas cogitationes fuscipiat, & humores corporis potest commouere, à quibus motibus ratio perturbetur, ob id eius tentatio interior dicitur. Tres igitur nobis hostes præcipui, & capitales sunt, caro, mundus, & Dæmon: quibus validior est Dæmon, caro intimior. Quid verò de huius mutabilis, mortalisque vitæ incommodis, calamitatibus, molestijs, miserijs, ærumnis loquar, quibus sæpenumero grauissimè premitur: quibusque nos hostes nostri à Deo retrahere, atque in desperationem futuris iniucere moluntur? ut profectò una virtute diuina opus sit, ne in tot tantisque rerum humanarum asperitatibus aut dolori, aut angori, aut molestiæ succumbamus: Ac scitè omnis angustia, quam scriptores sacri nuncupat tribulationem, in scripturis sacris modò nox, modò ignis vocatur per similitudinem quandam, atque translationem nox quidem ob tristitiam, quæ mentis quædam obscuritas est, bestijs sylva, nempe Dæmonibus, ad rapinam maximè opportuna: ignis verò, quia virtus hominis atque constantia in rebus aduersis, ut aurum in igne perspicitur. Sed neque minus periculose sunt res secundæ, quæ aduersæ: quoniā in secundis rebus animus extra se erumpit, in aduersis verò intra sua septa se continet. Quando igitur nos Dæmon à diuina benevolentia suis artibus abducere, caro etiam suis illecebris ab honestate reuocare, necnon mundus falsis opinionibus ac prauis moribus conatur imbuerere; multæ quoque rerum asperitates, & angustiæ, multæque res adversæ propter humanæ mortalitatis conditionem semper

semper aut impendant , aut vrgeant ; nostra etiam
 voluntas sit cum humanis rebus volubilis , at-
 que mutabilis; recte B. Iob inquit, Militia est vi- Cap. 7
 ta hominis super terram. Atque ob id sanè vita
 nostra tota pena est , quia tota tentatio est ; ac
 præclarè à propheta regio dies malorum appell- Ps. 26.
 lata est . Et temptationes quidem , quæ nos ad
 peccandum impellunt , vel cautè declinemus ;
 vel fortiter repellamus : tribulationes vero , siue
 angustias vel miseras huius vitæ patienter di-
 uina fulti gratia , sustineamus , ne fracti dolore
 cadamus , quas qui suffert B. Iacobi sententia
 beatus , quia cùm probatus fuerit , accipiet co- Cap. 1.
 ronam vitæ , quam repromisit Deus diligentibus
 se . Nam tribulatio parit (vt B. Paulus ait) pa-
 tientiam ; patientia probationem : probatio spei; Rom. 5.
 quæ nos solatur , ne in tribulatione deficia-
 mus : nec confundit : quia charitas Dei diffusa est
 in cordibus nostris per Spiritum sanctum , qui da-
 tus est nobis. Quamobrem , Auditores charissi-
 mi , quia dum hic viuimus , in multis , magnisque
 periculis versamur , sub umbra diuinorum alarum Ps. 16.
 protegi curemus . Nemo se tutum putet , dum est
 bellum. Est autem bellum semper , dum est ullus
 mortal is carnis affectus , qui quidem semper est , dum
 in terris vita est. Idcirco qui stat , videat , ne cadat.
 Ac certè qui Diaboli dolos , & iæsidias non cauet , 1. Cap.
 amens : qui rugientis leonis furorem , & sauitiam 10.
 non metuit , insanus ; qui Draconis vim , & impetu
 non sentit , aut sensum non habet , aut in eius ditio-
 nem & potestatem redactus iam est. Quid Deum
 immortalem , immanis hæc , & tetradella non at-
 git , ut hominem frangat , abiciat , capiat . Nihil
 ex improviso inuadit , ut nihil hostile metueretur
 opprimat : nunc frequentia temptationum intefatup-
vt

vt demum tedium vincat; nunc fraudes & dolos adhibet, vt credulè imponat: nunc varijs curis huc, & illuc agitat, vt nullam temporis partem requiescat: nunc dubijs cogitationibus impli-
cat, vt quid consilij captet, ignoret, dubiusque desperet. Nec quisquam tamen diffidat se posse vincere hos nostros hostes, vt importunissimas feras. Nam hac meliore, quam primi parentes nostri, conditione pugnamus: quod ducem habemus decorum aspectu, fortem robore, peritum belli, Christum Iesum: qui nostrum hostem prior ipse deuicit; nobisque modum, quo ipsum vinceremus, ostendit; armatque suis nos armis; atque in super virtutem suam, & fortitudinem tribuit. Tu etiam victori coronam proponit, non fragilem, atque mortalem, sed preciosissimam, & æternam, illam, inquam, cœlestem gloriam, & sempiternam felicitatem. Non inferior hostem nostrum Diabolū esse viribus robustissimum, & exercitatione audacissimum, longo etiam vsu rerum peritissimum, & simulationis artificio callidissimum: attameh erimus tanto holte superiores, si Christi armis, quæ spiritalia, non carnalia sunt, tecti, & diuina ope ad iuti, fortiter, acriterq; pugnabimus. Arma quibus armari nos in pugna contra nostros hostes oporteat, sunt Fides, spes, & charitas, arma, quæ non hominis manus, sed Dei dextera fabricatur. Fides est scutum, quo ictus inimici repellimus, atque ignea tela nequissimi extinguimus. Spes est gæla, quæ caput, hoc est, intentionem, seu voluntatem dominam omnium animæ potentiarum tegit. Ni-
si enim cœlestem gloriam expectaremus, quis tot Christianæ vita labores, & incommoda volens unquam libensque perferret? Charitas est lorica, quæ totum corpus operit, atque defendit. Ipsa enim

enim omnes virtutes, & actiones nostras inter se
tite connectit, & in diuino patrocinio collocat.
Atque haec quidem arma sunt, quibus nos defen-
dimus: at quibus hostem offendimus, sunt gladii
spiritus, hoc est, verbum Dei viuum, atq; omni gla-
dio ancipite (ut ait B. Paulus) penetrabilius: &
(ut in proverbiis legitimus.) clypeus igitur; quo
Dæmonis audacia testinatur; sunt etiam opera
iustitiae; quibus odiosi serpentis affligitur, & pro-
sternitur omnis iniquitas. Quorum armorum qui
busdam à dextris, quibusdam utimur à sinistris,
videlicet in secundis, & in aduersis rebus: in secu-
dis quidem, misericordia, benignitate, modestia
humilitate; in aduersis uero, patientia, mansuetudi-
ne, iniuriarum condonatione, rerum humanatum
contemptione. Quarum virtutum opera vocan-
tur à B. Paulo arma lucis, quod à diuinæ gratiæ lu-
ce sint: perinde, ut mala opera vocantur ab eodem
opera tenebratum. Præterea quædam bona, & lau-
dabilia opera sunt opportuna contra quædam Dia-
boli tentationes remedia: ut contra gulositatem ie-
uium, contra inanem gloriam oratio, contra a-
varitiam eleemosyna. Est insuper quoddam ge-
nus Dæmoniorum, quod, quia eorum tentationes
grauiores, & acrieres sunt alijs, non nisi oratione,
& ieiunio vincitur. Nec non humili, & assidua
oratione vitandæ sunt Dæmonij metidiani. Stra-
des, & machinæ: quod in via bonorum operum
ambulantibus laqueos abscondit; ac modò ad vi-
ta vicina virtutibus hortatur, modò pietatis inte-
gumento mala facinora occultat. itaque boni spe-
cie decipit. Sed qui patruulos custodit Dominus,
eius dolos, & artes detegit, atque deludit. Proinde
qui nobis dat contra Diabolos arma, idem que
Christus nos ipsis armis uti ad superandos inimi-
cos

Hebr. 4.

Cap. 30.

Rom. 13

Rom. 13

Pf. 142.

Pf. 114.

124 DOMINICA I.

cos docet. Docet enim Dæmonum telis sacrâ scriputuram, quę diuinam fidem continet, tanquam scutum, obijcere, atque vni Deo in humilitate, in oratione, in ieiunijs, in alijs sanctis, iustisque operib.

Pſ. 143. seru ire. Sic porrò docet (vt Psalmistæ verbis vtar) manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum. Ac præter arma, & armorum usum, dat etiam nobis virtutem ad pugnandum. Præ-

Pſ. 39. stitisti, inquit Deo Dauid, decori meo virtutem:

Pſ. 17. idemque Præcinxisti me virtute ad bellum, & superplatasti insurgentes in me subtus me. Nec profecto

Pſ. 17. quisquam à tentatione, quod fatetur Dauid, ab alio, quam à Deo eripitur. Ac certè idem Dauid,

Pſ. 93. Nisi quia Dominus, inquit, adiuvuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et quidem tantam cuique Deus fortitudinem præstat, quantā ad vincendam temptationem satis esse cognoscit.

Non enim permittit nos tentari supra id, quod possumus: ac Diaboli vim frenat, & laxat, prout res nostra postulare videtur. Hoc sanè est Deum alligare, & soluere Diabolum, nimirū in, vim eius remittere, atque reprimere: vt tantummodo possit tentare, non etiam vincere: ni nos ab ipso vinci sinamus. Sinimus autem vinci, cùm à diuina benevolentia discedimus. At vero, quem tenere pugnando oportet, locus est altissimum Dei tabernaculū,

Pſ. 36. in quo Dauid protectum se ait. quod quidem est incarnatio verbi Dei: in cuius fide semper firmiter stare, & calceatos pedes, id est refrenatos carnis affectus, & in coelum mentem erectam habere debemus. Et, vt vno verbo dicam, bona voluntas est,

¶ 112. quia expagnatur Diabolus: sed esse bona non potest absque diuina gratia nos ad Deum conuertente, & ad certamen instruente, atque in pugna confirmante. Quamobrem, si diuina opere adiuti fortiter

ter restiterimus, vincetur à nobis Diabolus, & fū-
giet a nobis. Sic vtique resistendo illuditur Dra- Ps. 103.
coni: quoniam qui virtutem suam cum diuina æ-
quare contendit, ab ambelli & mortali homine
summo cum dedecore superatur: eiusque tentatio
cum in illius pœnam, & ignominiam, tum in no-
stram utilitatem, & gloriam cedit. Nam, ut o-
mittam lætitiam, quam animus ex victoria ca-
pit, & virtutis incrementum, quod ex dimi-
cationis accedit experientia, & multarum re-
rum, præsertimque nostræ imbecillitatis, & di-
uinæ virtutis cognitionem, à qua est humilitas,
& deuotio, expectamus manna absconditum, &
gemma fulgentem coronam à Deo legitimè cer-
tantibus propositam, vitam, inquam, in cœlis glo-
riosissimam, & sempiternam. Ideoque cœlitum
choris de prostrato Dracone gestientibus, Angelis
victori, sicut Christo, ut refert B. Matthæus, acce-
dunt, plaudunt, atque ministrant. Sed cauendum
diligenter est, A.C. ne post reiectum Diabolum ne-
gligentiores custodienda nostra ciuitate simus,
aut inanem gloriam aucupantes, aut nostris uiri-
bus, non diuinæ virtuti temerè confidentes: ne re-
diens, qui vixtus est, Diabolus cum alijs nequiori-
bus se, os imprudios, imparatosque deuincat.
Vitemus semper omnes omnium peccatorum oc-
casiones; quoniam qui non cauet à peccatis, tentat
potius Deum, quām sperat in Deo: qui in se speran-
tibus contra res omnes aduersas clypeus est. Spe-
temus igitur in Deo, qui non patitur nos tentari s. Co. 10.
supra id, quod possumus, sed facit cum tentatione
prouentum.

Do-

124 DOMINICA I.

- cos docet. Docet enim Dæmonum telis sacrâ scripturam, quę diuinam fidem continet, tanquam scutum, obijcere, atque vni Deo in humilitate, in oratione, in ieunijs, in alijs sanctis, iustisque operibus seru ire. Sic porrò docet (vt Psalmistæ verbis vtar) manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum. Ac præter arma, & armorum usum, dat etiam nobis virtutem ad pugnandum. Prestitisti, inquit Deo Dauid, decori meo virtutem:
- Ps. 39.* idemque Præcinxisti me virtute ad bellum, & superplatasti insurgentes in me subtus me. Nec profecto
- Ps. 17.* quisquam à tentatione, quod fatetur Dauid, ab alio, quam à Deo eripitur. Ac certè idem Dauid,
- Ps. 93.* Nisi quia Dominus, inquit, adiuvuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et quidem tantam cuique Deus fortitudinem præstat, quantam ad vincendam temptationem satis esse cognoscit. Non enim permittit nos tentari supra id, quod possumus: ac Diaboli vim frenat, & laxat, prout res nostra postulare videtur. Hoc sanè est Deum alligare, & soluere Diabolum, nimirum, vim eius remittere, atque reprimere: vt tantummodo possit tentare, non etiam vincere: ni nos ab ipso vinci finamus. Sinimus autem vinci, cum à diuina benevolentia discedimus. At vero, quem tenere pugnando oportet, locus est altissimum Dei tabernaculum, in quo Dauid protectum se ait. quod quidem est incarnationis verbi Dei: in cuius fide semper firmiter stare, & calceatos pedes, id est refrenatos carnis affectus, & in celum mentem erectam habere debemus. Et, vt vno verbo dicam, bona voluntas est, quia expagnatur Diabolus: sed esse bona non potest absque diuina gratia nos ad Deum conuertente, & ad certamen instruente, atque in pugna confirmante. Quamobrem, si diuina opere adiuti fortiter

ter restiterimus, vincetur à nobis Diabolus, & fugiet a nobis. Sic utique resistendo illuditur Draconi: quoniam qui virtutem suam cum diuina æquare contèndit, ab ambelli & mortali homine summo cum dedecore superatur: eiusque tentatio cum in illius pœnam, & ignominiam, tum in nostram utilitatem, & gloriam cedit. Nam, ut omnittam lætitiam, quam animus ex victoria capít, & virtutis incrementum, quod ex dimicacionis accedit experientia, & multarum rerum, præsertimque nostræ imbecillitatis, & diuinæ virtutis cognitionem, à qua est humilitas, & deuotio, expectamus manna absconditum, & gemmis fulgentem coronam à Deo legitimè certantibus propositam, vitam, inquam, in cœlis gloriissimam, & sempiternam. Ideoque cœlitum choris de prostrato Dracone gestientibus, Angeli victori, sicut Christo, ut refert B. Matthæus, accedunt, plaudunt, atque ministrant. Sed cauendum diligenter est, A. C. ne post rejectum Diabolum negligenteriores custodienda nostra ciuitate simus, aut inanem gloriam aucupantes, aut nostris uiribus, non diuinæ virtuti temerè confidentes: ne rediens, qui vicit, Diabolus cum alijs nequioribus se, os improuidos, imparatosque deuincat. Vitemus semper omnes omnium peccatorum occasiones, quoniam qui non cauet a peccatis, tentat potius Deum, quam sperat in Deo: qui in se sperantibus contra res omnes aduersas clypeus est. Speremus igitur in Deo, qui non patitur nos tentari supra id, quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum.

P. 103.

Cap. 4.

1. Co. 10.

Do-

Dominica II. Quadragesimæ.

C O N C I O

De Hominis Beatitudine.

I fortè vobis, Auditores charissimi, Christianæ vitæ cōditio dura, & aspera videtur propter multos, & graues, quos secum affert, labores; soletur vos illius cœlestis vitæ spes, in qua sunt omnia, quæ optari possunt, bona. Etenim si quæ pulchra sunt, sapientum hominum iudicio, adeptu difficultia sunt, felicitas illa, quæ omne desiderium superat, sine ullo negocio comparabitur? Et præclarè quidem Christus, Regnum cœlorum, inquit, vim patitur, & violenti rapiunt illud. Idemque etiam ait, Angusta est porta, quæ dicit ad vitam. Ut autem magno, & lubente animo Christianæ vitæ incommoda pro cœlesti beatitudine perforatis, utile fore duxi de totius hominis felicitate non solum animæ, sed etiam corporis dicere hoc die, quo Christus, post am suam ignominiosam, & acerbam mortem discipulis suis prædixerat, ne ignominia crucis offenderentur, tribus ex illis Petro, Ioanni, & Jacobo fratri Ioannis seorsum ab alijs in montem excelsum valde secum assumptis splendorē solis nihilo inferiore corporis sui claritatem, quæ ex animæ gloria diffluebat, præsentibus Moyle, & Helia, transfiguratus ostendit. Etenim Christiani studium in acquirenda beata vita totum versari debet: ad quam acquirendam omnia religionis nostræ pertinent instituta.

stituta. Ut autem beatitudinis naturam venemur diligenter aduertamus, quis uerè sit, & dicatur beatus. Beatus communi omnium sententia est, qui habet quodcumque vult bonum ; neque ullum vult, aut metuit malū. Cùm bonum dico, id quod uerè bonum est, dico; itemque nullum malum esse puto, quod uerè malum non sit. Proinde beatum esse aio, non qui habet quod amat, sed qui id, quod amandum est, habet. Ergo beatitudo est status vitæ habens omne bonum sine ullo male, aut metu mali: est, inquam, bonorum omnium, quæ optari possunt, secura, stabilisque possessio. Nam si cuiquam quid deest ad perfectionem, expletionemque naturæ, beatus is esse non potest : nec cum alicuius mali metu potest esse perfecta felicitas. Est enim beatus, qui nihil desiderat, nihil aduersi sentit, nihil mali metuit: qui (vt paucis uerbis dicam) tranquillum animum, & sedatum habet appetitum, nihil exoptantem, nihilque timenter, sed his rebus, quas possidet, sine ulla cura & solicitudine contentum. Ideoque beatitudinem quidam pacem vocant, quia impetum animi, appetitumque tranquillat. Et beatitudinis quidem nomen finem denotat, extremumque bonorum, perfectionem, inquam, absolutionemque naturæ: quā doquidem omnia bona, quæ a natura asciscuntur, ad expletionem naturæ pertinent. Aut igitur unū aliquod bonum sit necesse est, quod totam naturam perficiat, aut multa simul congregata, quæ ipsam expleant. Quæ expletio, siue perfectio dicitur summum bonum. Sic enim cuiusque summum bonum finitur in suo genere, cuiusque perfectio; & summi boni adeptio ipsa est beatitudo. Cùm autem nihil sit, quod perfectionem suam nō amet, utiq; beatitudo est per se ipsa desiderabilis.

Nec

Nec tamen omnia perfectionem suam cognoscunt. Nam in anima sunt omnis cognitionis expertia: & quæ rationis capacia non sunt animantia, perfectio nem suam ignorant. Quare beata minimè dixeris ea, quæ beatane sint minimè sentiunt: ne dicam quod, quia mentem non habent, frui diuina societate nequeunt: quæ vna veram, & summam continent felicitatem. Solus igitur ex omnibus animalibus homo, quia solus est capax rationis, potest esse beatus: quippe qui solus potest cognoscere, & amare Deum; qui est summum, & ipsummet bonum: nempe in quo sunt omnia bona, nullumque bonum extra ipsum esse, aut cogitari potest. Sed neque omnis homo finem, seu beatitudinem suam agnoscit, licet ipsam omnes desiderent; quia supra sensum, & cogitationem omnem hominis est; nisi qui fidei lumine illustratur à Deo. Hinc Philosophorum infinitæ, & discrepantes fuere de hominis summo bono pro eiusq; appetitione sententiæ: ac differentes mores, & studia pro diuerso, quem suæ quisque vitæ statuerat, fine. Cum enim felicitas hominis in cognitione, & amore Dei sit, qui Deum verum ignorat, aut aliud, quam verum Deum, amat, is profectò longius à suo fine aberrat, & à vera felicitate fit alienior. Quod autem hominis beatitudo in Dei cognitione, & benevolentia posita sit, probandum à nobis est, ut planum, quod proposuimus fiat. Sed quid bonum sit, & quot genera bonorum, prius inspicendum est: tum summi boni conditiones inuestigandæ: è quarum inspectione planè intelligetur quod sit bonum, cuius possessione fit homo beatus. Bonum, & ens, siue id, quod est, nomine quidem, & ratione differunt, re ipsa uero conueniunt. Nam id, quod est, est bonum: neque est bonum, quod non est: sed quatenus

quatenus in rerum natura est, dicitur ens; quatenus verò appetitur, dicitur bonum. Et quidem esse appetunt omnia; quandoquidem melius est esse, quam non esse. Itaque bonum est ens, quod appetitur. Proinde, cùm definimus bonum, addimus ens; quia bonum est ens expetendum: cum verò definimus ens, non necesse habemus addere bonum. Sic ens, & bonum re idem sunt; ratio tamen vtriusque non est eadem, quippe bonum ei, quod est, addit vim, ob quam expetatur. Finitur etiam bonum esse quicquid est aptum, conuenienterque naturæ, nam etiam quicquid facit ad perfectionem, conseruationemque naturæ appetimus, contrà finitur malum esse quicquid est naturæ contrarium; quod, inquit, ipsa natura per se aspernatur, & rejicit. Præterea quia quod appetit ut bonum, & appetendum obijcit, rationem habet finis, seu termini, scilicet in quem fertur motu suo appetitus, & in quo quieticit, perinde ut quod naturaliter mouetur conquiescit in eo termino, in quem tendit; ideo bonum finitur etiam finis, & terminus, & causa cuius gratia, quæ ad se mouet appetitum. Dicitur quoque finis ea ratione, qua perficit naturam, quandoquidem finis interdum perfectionem significat. Spectatur autem rei perfectio maximè ex forma: quæ est rei cuiusque ratio: per quam res quæque est, & in certo rerum generere est. Itaque summum bonum hominis, quem ab alijs animantibus mens, ratioque distinguit, in animi perfectione consistit. Cæterum ut quoddam ens à se, & vi sua est, à nullo pendens, sed ipsum aliorum causa & principium est, quoddam verò à se non est, sed pendet ab alio; sic bonum aliud est per se, & vi sua bonum, aliud est ab alio bonum, de quo oritur: illius null-

130 DOMINICA II.

Ia est origo; huius est aliquod principium; illud in creatum, infinitum, immutabile, ac perfectum bonum est, absolutè, & summè bonum, in quo nullus est locus mali, quia nihil mali potest illi ad nisi sceri, quoniam illi nihil deest boni, est enim malū priuatio boni: hoc est creatum, finitum, mutabile, atque imperfectum, nec simpliciter, & summè bonum, sedes alicuius mali, quia caret aliquo bono, cùm vi sua perfectum bonum non sit. Iam verò Deus, cui nomen est. Qui est, quoniam à se est, perfectò bonus est: & quoniam solus à se est, solus vtique bonus est, sua non aliena vi bonus. Et est ipso contentus, quia est omne bonum nullum que in ipso potest esse malum: nempe è quo nihil boni eximi potest, & quia est omne bonum, nec magis, nec minùs bonus vñquam se ipso est: neque esse aliud ab eo, quod est, nec velle aliud à se potest. Talis est, qualem se vult esse; & qualem se vult esse, talis est: & est absolutè, non comparatè summum bonum; quia est ipsamet bonitas, ac summa bonitas, omnium fons, & origo honorū: At omnes res aliae, quia non à se ipsis, sed à Deo sunt creatæ de nihilo, quatenus sunt, bona sunt: & quatenus à Deo sunt, quicquid boni habent à Deo habent, ipsæ ex se mala, quatenus de nihilo

Luc. 11. sunt. Hanc ob causam nos esse malos Christus dicit: non modò quia, si cum Deo conferamur, mali videmur, sed etiam quia sumus à nobis mali, qui de nihilo sumus: & solum Deum esse bonum ait, quoniam solus ex se est. Qui quidem in omnibus est, ac super omnia, quoniam ab ipso sunt omnia. Et bona quidem sunt omnia, quatenus diuinam bonitatem participant, sed per se finita, mutabilia, imperfecta, malis obnoxia, quia non sunt simpliciter, & absolutè bona: cuiusmodi vñus solus

solus est Deus . Quando igitur omnia , quatenus
 à Deo sunt, Deum participant, ea, quæ magis Deū
 participant, meliora, & perfectiora sunt. Id quod
 etiam sensit Aristoteles : qui scripsit ea esse nobi-
 liora & perfectiora , quæ magis ad Deum acce-
 dunt. Ideo quæ rationis sunt capacia præstantio-
 ra sunt non capacibus, & sentientia non sentienti
 bus: quia Deum magis imitantur. Omnia tamen,
 quæ aliquam perfectionem desiderant, diuinæ bo-
 nitatis aliquam communicationem desiderant.
 Sed & bonum aliter amatur, cùm est absens, aliter
 cùm est præsens, nam præsente fruimur, absens ve-
 rò appetimus. Bonum absens parit in animo desi-
 derium sui; præsens verò gignit lætitiam. Et quia
 nulla res totam suam essentiam, siue naturam desi-
 derat, alioquin nihil omnino esset, ob id desi-
 derium est in re imperfecta suam optante perfe-
 ctionem ; at possumus tota nostra perfectione
 gaudere. Postquam explicuimus quid bonum ,
 & quot sint genera bonorum , sumnum bonum
 quæremus , cuius adeptione fit homo beatus . vnde
 intelligitis , quod probare proposuimus , in
 sola Dei cognitione , & amore locatam esse ho-
 minis fœlicitatem . Quapropter summi boni
 conditiones in primis aperiemus . Conditiones
 summi boni tres ab his, qui de beatitudine scripse-
 runt, traditæ sunt: prima est, vt sit perfectum , atq:
 omnia contineat , quæ ad expletionem naturæ fa-
 ciunt: nam, vt suprà diximus, beatus non est, qui si-
 bi aliquid deesse cognoscit . Hanc expletionem
 naturæ sacra scriptura saturitatem appellat, vt illic
 Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Altera condi-
 tio est, vt sit iucundum, atque suave, nec potest nō
 esse suave, quod omnem appetitum explet . Hanc
 suavitatem eadem sacra scriptura multitudinem

I 2 dul-

Pf. 16.

132 DOMINICA II.

Pf. 30.

dulcedinis vocat, ut illic, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Tertia conditio est, ut firmum & stabile sit, & amitti nequeat, nam arimus noster est immortalis: qui, si bonum, quod possidet aut amittit, aut metuit amittere, quo modo potest esse beatus? nulla enim est cum timore felicitas.

Pf. 31.

Hanc firmitatem etiam sacra scriptura vocat æternitatem, ut illic, Beati, qui habitant in domo tua Domine; in secula seculorum laudabunt te. Nostis summi boni cōditiones: cognoscite nūc quid hū minis naturam expleat; quod sit, inquam, summū hominis bonum, perfectum, iucundum, & stabile. Siquidem beatitudinem hominis eius naturæ perfectionem & absolutionem esse definiuimus. Constat verò duabus partibus homo, quæ totam eius naturam, siue essentiam componunt, anima, & corpore. Dicere autem hominem esse tantū animā est cum Platone malè sentire. Pars vna est immortalis, nempe anima; altera pars est mortalis, scilicet corpus: quod è quatuor corporeis elementis coagmentatum dissolutioni obnoxium est. Sed & animæ duæ sunt partes, superior, & inferior: superior est ea, quæ inuestigat, & contemplatur rerum rationes, & veritatem, ac vult, quod intelligit, bonū: inferior verò est ea, quæ cum corpore viget, ac sentit, appetitque quod sensui arridet. Proinde duplex in nobis est appetitus, alter intelligens, alter sentiens. Quoniam verò commotiones appetitus vocantur mores, cuiusuis appetitus perfectio dicitur virtus moralis, sicut intelligentiæ perfectio nominatur virtus intellectualis. Corporis perfectio est sanitas, & pulchritudo: illa in quatuor qualitatem, quas vocat humores, apta temperatione: hæc in membrorum recta compositione residet. Sed quoniam ad corporis victum, & vestitum necessaria

ix

riæ sunt facultates, & opes, quæ bona externa nuncupantur, hæc insuper ad perfectam hominis felicitatem expetuntur. quanquam Stoici contraria sentiunt: qui felicitatem hominis locant in sola sapientis animi firmitate: quem vel in tormentis & cruciatibus volunt esse beatum: quasi corpus nulla pars hominis sit. Ad hæc, q. homo est animal appetitus societatis, Peripatetici ad hominis perfectam felicitatem et cognitiones, affinitates, amicitias, honores ac dignitates requirunt, ut iucundè, et honorifice viuat. quæ bona etiam vocantur externa; quoniam extra hominem sunt. Nunc singillatim inquiramus num bona vel externa, vel corporis, vel animi possint per se quæque hominem beatum facere: aut, si omnia simul ad beatam vitam adsint oportet, num possint in hoc orbe sublunari cuncta simul haberi? an aliunde, & alibi sit hominis beatitudo? Ac certè, quod in externis bonis nulla sit vera felicitas, facilè probatur. Nam primum extra hominem sunt, neque attingunt hominis naturam, non corporis, non animi. quare hominem non satiant. quanquam possunt commoda vocari, quatenus corporis necessitatibus, vitæque deseruiunt. Summum autem hominis bonum eius naturæ perfectio est. Tum bona externa non expetunt propter se, sed corporis, & ciuilis vitæ gratia: summum autem bonum expetitur propter se. Præterea bona externa non faciunt possessorum suum bonum, nam etiam possidentur à malis ac caduca, & mobilia sunt. Nec dici potest quanto labore parentur, quanta cura afferuentur, quanto mœrore amittantur. Videturqne mihi is, qui in his bonis externis sperat, de cœlesti gloria desperasse. Rectè igitur monemur, vt ne nobis thesauros in terra thesaurizemus, vt ne diuitijs, si affluent, cor appo-

Matt. 6.

Ps. 33.

namus; ut ne in vano animam nostram accipiamus. Non potest, A.C. non potest absque peccato, peccativè periculo esse vel pecuniaè cupiditas, vel studium honorum: quibus laqueis Diabolus hostis noster semper nos irretire molitur, & in inferna loca partrahere. Facile quoque probatur non esse positam in bonis corporis hominis felicitatem: primùm, quia totam hominis naturam non exemplent; qui non solum corpore, sed etiam anima constat: deinde, quia corpus est pars hominis ignobilior: tum, quia sunt homini cum bestijs communia, quæ dignitate longè inferiores sunt homine. Sunt præterea fragilia, & caduca; quia corpus fragile & caducum est. Quid loquar de nostri corporis sanitatem, quæ maximè infirma est? quid de pulchritudine; quam Salomon rectè vanam appellat? quid de voluptatibus, quæ lumen rationis extinguunt. & humanæ mentis decus imminuunt? Quanto magis laudandi sunt, qui non in corpore, sed in animo, quæ nobilior pars hominis est, beatitudinem hominis collocarunt? Sed animi virtutes neque totum hominem beatum faciunt, neque haberi possunt ab homine, dum graui, & obscuro corpore tegitur. Omitto, quod illarum quædam in malorum perpetratione versantur: ut iucundæ per se minùs sint, ni fortè quis putet cum Stoicis hominem sapientem non solum in ægritudine, & ægestate, verùm etiam in cruciatibus & tormentis esse re ipsa beatum, quod quidem ab omni ratione, & sensu abhorret. Porrò Stoicorum ista sapientia ficta quædam res potius est, quam vera: cùm ipsorum nemo talis sapiens vñquam fuerit. Nos probemus quod animus noster in hac vita nullo modo perfectus esse possit: quia Deum verè, ac perfectè cognoscere non potest: à cuius cogni-

cognitione, & contemplatione homo est non solum Christianorum Theologorum, sed etiam præstantissimorum philosophorum sententia beatus. Quod autem unus Deus felicitatem omnem homini dedit, hac præsertim ratione planum fit: quia solus Deus est ipsum bonum, omne bonum, summum bonum: extra quem nihil est boni. Sed licet omnia, quæ sunt, à Deo sint, & dum bonum appetunt, Deum appetant, nullum tamen animal Deo fruatur, nisi quod rationis est capax: quia Deum cognoscit, & amat. Ex omnibus autem animalibus unus homo est capax rationis: quippe qui unus ad imaginem, & similitudinem Dei factus est. Nec solum Deus hominis intelligentiam perficit, & voluntatem explet, verum etiam corpus facit gloriosum, & immortale, nulli modo obnoxium, nulliusque indigens rei. Ac primum de nostra intelligentia loquamur, quæ veritatis cognitione pascitur. Quæro num discendi, & verum inquirendi finem ultimum unquam faciemus, nisi cum verum ipsum inuenierimus? num inuenietur veritas rerum, si non ipsarum causæ cognitione fuerint? num rerum causæ cognoscentur, si non primam ipsarum causam perceperimus. Prima causa est Deus, principium & origo omnium rerum, creator, & moderator universi. Quarè nisi in unius Dei cognitione mens nostra nunquam acquiescat, quæ quies erit nostræ mentis felicitas. Dei cognitionem (ut alias diximus) duobus modis capimus, aut per rerum creatarum scientiam, quæ nos in primæ causæ cognitionem dicit, aut per fidei lumen, quod diuinitus nostris animis ad intelligendas divinorum oraculorum, & sacratum scripturarum sententias, quæ ceteroqui nulla nostra ratione capientur, infunditur. Prior illa Dei cognitione, quæ

ex rerum creatarum notatione acquiritur, obscura,
& imperfecta est; quia res creatæ nullo modo pos-
sunt diuinam essentiam, seu naturam exprimere, &
occulta Dei iudicia reconditaque mysteria designa-
re. Posterior verò hęc Dei per fidem cognitio me-
lior est, atque perfectior: quia diuinam essentiam, &
eius attributa melius explicat: quanquam & hęc
cognitio obscura est, quia dum in hoc tenebricoso
carcere inclusi viuimus. ut B. Paulus ait, Deum in

*I. Co. 15**I. Io. 3.*

ænigmate uidemus, in cœlis autem specie ad spe-
ciem, sicuti est, ipsum videbimus. Itaque tunc
similes ei erimus. Quarè Plotinus philosophus di-
xit configiendum esse nobis, si rerum omnium sciē-
tiam consequi velimus, ad cœlestem patriam, in qua
omnia patescent. Atque hinc est, quod Deus in hoc
seculo perfectè non amatur, quia nec perfectè co-
gnoscitur, at in cœlo, quia clarè cernetur, etiam u-
nicè diligitur. Nec beati Deum in cœlis uident
naturali uirtute, sed diuina; qua Deus beatorum
naturalem uirtutem ad cernendam suam claritatē
confirmat, & suo lumine illustrat, In quo quidem
lumine Deus à beatis uidetur, sicut Dauid ait, In

Pf. 35.

lumine tuo uidebimus lumen. Nam ut Dei co-
gnitio, quam in terris per fidem habemus, uel est
secundum naturam, uel supra naturam; secundum
naturam quidem quoniam apti sumus à natu-
ra Deum cognoscere, supra naturam uero, quia
uerè Deum absque singulari, & diuina gratia
non cognoscimus, prout Christus inquit, Ne-
mo nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit
filius reuelare: sic & in cœlis mens nostra, nisi
lumine gloriæ illustretur, Deum videre non po-
test; quæ tamen apta est lumine gloriæ illustrari.
Quod verò etiam voluntas nisi summi boni pos-
sessione nunquam possit expleri, hoc uno patet;

quia

Mat. 11

quia cùm voluntas sit animæ virtus spiritualis, non corporea, bono singulari non satiatur, vt sensus, sed vniuersali, & summo bono: quod est (vt sæpe diximus) Deus. Nūquàm igitur beata, ni cùm frui tur Deo. Vt autem fruatur Deo hæc tria sunt necessaria, clarus Dei aspectus, certa possessio, firmus amor: quæ, nisi in cœlis, nullibi habentur. Qui fit obsecro, A. C. ut in terris nemo vnquam contentus villa re viuat? quia Deo non fruitur: qui unus satiare nostram uoluntatem potest. In cœlis profectò Deum clarè uidebimus, atque eius aspectu perfectè fruemur; in cuius aspectu, & amore semper, & iucundè conquiescemos. Cur igitur, inquiet aliquis, pauperes, mites, iusti, & qui diuinis alijs uirtutibus instructi, & ornati sunt, à Christo uocantur beati? quia spe, licet non re, beati sunt: re beati in cœlo, spe beati in hoc seculo. Sic Esaias ait, Beati omnes, qui expectant eum. Si Aristoteles pueros esse spē felices dixit, quod apti sint aliquando virtutis usum habere, in quo felicitatē hominis posuerat; quātò rectius eos, qui Deū, et si nō perfectè, hic cognoscunt, & amant, felices uocabimus; quod aliquando Deum perfectè cognoscent, & amabunt, in quo est vera felicitas? Erit in Deo vita nostra æterna, procul ab omni dissolutione; erit nostra scientia certa, nullū admittens errorem; erit amor firmus, ab omni offensione alienus. Nec putanda est verè uita, nisi quæ caret morte: nec habēda est uerè scientia, nisi quæ nulla turbatur ignorantia; nec dicendus est uerè amor, nisi qui nulla vi nulloque fastidio læditur. Et quidem in cœlo beati nihil aliud volunt, quām quod Deus vult; alioqui non essent beati, si aliud uellent. Quod autem in cœlis aspectus Dei bonis omnibus animam expleat, quæ est prima summi boni conditio, illis verbis

Cn. 30.

- Pf. 16.* verbis vates regius asserit, Satiabor, cùm apparuerit gloria tua item, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Beatitudinem vocat saturitatem, & ebrietatem, idèò, quia omnem rationis, & desiderij modum superat. item, Qui replet in bonis desiderium tuum. & B. Paulus ad Ephesios scribens vocat beatitudinem diuitias gloriæ hereditatis: quia nihil deest. Quòd autem aspectus Dei fit iucundissimus, quæ est altera summi boni conditio, idem propheta regius ait. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, idemque Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Quòd verò cœlestis beatitudo æterna sit, quæ est tertia summi boni conditio, idè Dauid affirmat, Beati, qui habitant in domo tua Domine: *Pf. 141.* in sœcula sœculorum laudabunt te. idem, Portio mea Domine sit in terra viuentium, & B. Petrus *3. Pet. 5.* inquit, Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam suam: vbi est beatitudo nostra. An dices summum hominis bonum in ipso homine debere inesse: Deum verò extra hominem esse? At Deus ita extra nos est, vt sit etiam in nobis, & magis, quàm nos ipsi. Nec tamen omnes in cœlis Deum æquè cognoscunt, & amant, sed aliis alio perfectius, quare alias est alio gloriosior. Omnes tamen beati: quia omnes Deum vident: beatior auté, qui Dei uirtutes plures, & maiores mentis acie dispicit. Nam vt qui pulchram aliquam picturam cernunt, omnes quidem ex eius aspectu delectationem oculis capiunt, sed alias alio maiorem, videlicet qui picturæ artificium acriùs perspicit; sic omnes beati Deum vident, vnde sunt beati; sed diuinæ virtutes alias alio magis intelligentia percipit. Percipit autem magis, qui maiore lumine gloriæ illustratur: in quo Deus à beatis uidetur. Sic igitur alias est alio beatior: & beatior est

est, qui Deo propior est. Qui beatitudinis gra-
cias cœli mansiones nuncupantur: quas in do- 104.14.
mino patris sui Christus multas esse commeino-
rat. At de corpore altera hominis parte quæ-
res quid fiet, ut homo tota sua beatitudine læ-
tetur? Quid? Seminatum est (inquit Beatus Pau- 1. Cor.
lus) corpus animale, surget corpus spiritale. Licet- 15.
que sit anima in cœlis ab aspectu Dei beata, tamen
etiam desiderat solum corpus secum particeps suæ
beatitudinis. Nec tamen ex hoc desiderio quic-
quam molestiæ capit; quoniam sese totam ad di-
uinam voluntatem composuit; certamque spem
habet aliquando secum in regeneratione iungen-
dum, eritque corpus à beatitudine animæ glorio-
sum. Et corporis quidem gloria in quatuor doti-
bus cernetur, splendore, agilitate, subtilitate, im-
mortalitate: quas dotes in resurrectione Christi ad
uertimus, quanquam splendor hoc die inicit di-
scipulis, quos secum in mótem Thabor assumpsit.
Nam transfiguratus est ante eos, & resplenduit fa-
ties eius, sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt
alba, sicut nix, effluente in corpus è supetiore ani-
mæ parte beatitudine. Ut autem non semper ef-
flueret, cum eius anima semper fuisset beata, diui-
no consilio, & dispensatione factum est, propter
opus redemptionis. Comparata est autem clarita-
tas, corporis luci Solis; quia tole nihil est lucidius.
Subtilitas uero tunc cognita est, cum clausis ianuis
in cubiculum, in quo discipuli congregati erant,
intravit. At agilis, seu leuitas tunc patuit, cum
in cœlos ascendit. Immortalitas ex hoc percipi-
tur, quia in cœlum Empyreum Dei sedem illatum
est: ubi nihil est dissolubile, & mortale. Si in statu
innocentiae corpus à rectitudine animæ fuisset im-
mortale, multo magis erit immortale in statu glo-
riæ.

riæ. Reliqua uero bona, quæ desiderari à nobis pos-
sunt, vt omnibus bonis uita nostra repleta sit, in
cœlo cumulatissimè, ac perfectissimè finè ullo ma-
lilo malive metu habentur. Non enim illic sunt ul-
la tenebrae, non villa temporum varietas, non fri-
gus, non æstus, non imbris, non uenti, non toni-
trua, non tempestates, non senectus, non morbi, non
mors, non metus, non spes, non molestia, non dol-
or, non luctus, non egestas, non odia, non tumultus,
non bella, non iniquitas, non doli, non fraude-
s: sed est omnium bonorum finè ullius mali for-
midine cum summa tranquillitate, & pace posses-
sio: ubi summo bono summis cum lætitijs securè
in omni ætate fruemur. Est igitur nostræ felicitatis
efficiens causa diuinitas: quæ est causa gratiæ, qua
celestem gloriam comparamus: instrumentum ve-
ro est humanitas Christi cum diuinitate coniuncta.
Ad quod prænotandum Christus mortem
suam discipulis prædixit: quæ sibi quidem resurrec-
tionis gloriæ, & nominis diuini splendoré, nobis
verò è mortis dominatu, & Dæmonis imperio libe-
ratione allatura esset. Quā resurrectionis gloriam
hoc die patefecit in sua trâfiguratione discipulis,
quos secum in monte assumpit, nō substantiâ cor-
poris, sed claritatem dumtaxat commutâdo, quam
etiam in die vltimi iudicij præferet: ac simul diuini-
tatis suæ testimonium accepit à Patre voce de ce-
lo dilapsa: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi
benè complacui; ipsum audite: & à Spiritu sancto,
qui in specie nubis apparuit. Atque ut crederetur
esse Messias promissus in lege, & Prophetis, medi-
us inter Moysen legis promulgatorem, & Heliam
eximium Prophetam videri voluit: quibuscum e-
tiam mundum iudicabit. Et ille quidem ex inferis,
hic verò è Paradiſo aduenit: & de Christi excessu,
hoc

QVADRAGESIMAE. 141

hoc est, de nimia eius charitate loqui audiebatur : quod pro hominum salute, pro inimicis, inquam, suis , obire crudelissimam , & ignominiosissimam mortem elegerit . Transfiguratus autem est Christus in monte, ut nos despectis rebus terrenis in diuinorum contemplationem ascenderemus. Nec dubium est; quin si illa cœlestia bona inspiceremus , ac mox hæc bona terrena intueremur , diceremus cum Davide, *Quid mihi est in cœlo ? & à te quid volui super terram?* At verò si Christum pati oportuit,& ita intrare in gloriam suam , nos sine ullius mali tolerantia, & sine ullo labore in eius gloriam

introibimus? Si sustinebimus, inquit B.Paulus , & conregnabimus . Quamobrem ,

Psal. 72

2. Tim.

2.

A.C. si non regnabit in cœlis cum Christo, qui nihil in terris pro Christo patitur, Christia nœ uitæ labores, molestias, & incômoda pro illa cœlesti gloria lubente animo diuina nos iuuante gratia perferamus.



Domi-

C O N C I O

De Homine peccatore.

N Euangelio, quod modò legi audi-
uimus, Auditores charissimi, tan-
quam in tabella pictam inspeximus
miserandam peccatoris hominis sub
acerbissimo Dæmonis imperio con-
ditionem: siquidem ex malis, quæ
correptus à Dæmone in corpore perfert; discimus
mala, quæ peccator ex peccatis in anima tolerat.

Luc. 11. Scribit enim Euangelista Lucas dæmoniacum, è
cuius corpore Christus Dæmonium eiecit, mutum,

Mat. 12 & surdum, atque alias Euangelista scribit etiam
cæcum fuisse, quæ porrò mala itidem animæ à pec-
cato eueniunt: & èd grauiora sunt, quò est anima
corpore præstantior. Verùm ex his malis animam
eripit idem, qui corpus oppressum à Dæmone uin-
dicat Christus. Quamobrem de peccatoris homi-
nis statu hoc die A. C. dicemus; ut nostram cala-
mitatem agnoscentes, ad eum configuiamus, à quo
liberari ab omni miseria, & pernicie possumus.
At verò cùm peccatorem dicimus, quem intelligi
velimus, in primis aperiemus, ne vocis multiplex
significatio velstram intelligentiam turbet. Pecca-
tor dicitur & qui à se proclivis est ad peccandum,
sic omnes à nobis peccatores sumus, qui Adæ satu-
edimur; & qui aliquando peccauit, dicitur etiam
peccator; sic quoque nemo nostrum est, qui non
aliquando peccauit. Vnde si dixerimus, inquit B.

Ioannes,

Ioannes, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus; & veritas in nobis non est. Sed præcipue nominamus peccatorem eum, qui & peccauit, & peccandi retinet voluntatem. Is à vera religione remotus, à fidelium communitate disiunctus, à Christi filij Dei societate seclusus in non ferenda Dæmonis potestate est: quem scimus esse superbissimum, & crudelissimum tyrannum. Et quidem æquū est eū, qui cū Deo esse noluit, diuinæ beatitudinēs minūs esse participem: & qui sua culpa diuinam similitudinem amisit, suo merito in ferinā speciem mutari, in quam Dæmon mutatus est; quando in veritate non stetit. Sed quid sit peccare, nam à peccando dicitur peccator; primum omniū exprimamus. sic enim fiet planum, quod dicere proponimus. Peccare est contra legem aliquid admittere. Lex verò est recta ratio imperiis honesta, prohibentique contraria, neque imperare, & prohibere quidpiam aliquis alicui potest, nisi in quem habet imperium. Atque vñus est omnium rex, vñus omnium dominus, cuius potestati res omnes subiectae sunt; vñus, inquam, Deus creator, & moderator vñiversi: qui facit omnia quæ vult, & nihil eius potestati, & voluntati resistere potest. Vnus igitur Deus potest à se vetare, & iubere quæ uoluerit. Nec potest qui sapientissimus, & optimus est, nisi quæ bona sunt, iubere, & quæ verè mala sunt, vetare. Ius verò, quod reges habent in terris condendi leges, à Deo, per quem & regnant. Omnis enim potestas à Deo est: & eorum leges eatenus bona sunt, quatenus cum diuina lege cōsentiantur. Quam diuinam legem in diuinatum rerum monimentis scriptam habemus ad omnes homines pertinentē, immutabilem, & sanctam: qua nihil dici, aut cogitari potest sanctius. Est etiam in homine ratio animata

matā quædam lex insita à Deo; à cuius mente, quæ prima, & summa lex est, deriuatur. Hæc in nobis insita ratio distinguit æqua, & iniqua, prohibetq; & imperat idonea. Vocaturq; lex naturalis; quoniam in omnibus hominibus naturaliter est. Quæ quidem semper ex se bona est; quoniam ab illa æterna, diuinaq; lege deducitur. Cùm verò discrepat à lege diuina, & à rectitudine sua naturali recedit, mala cupiditate ipsam detorquente ab immutabili, & æterno bono ad mutabile, & caducum, tunc cupiditatis vitio corrupta fit praua: quoniam à recta Dei lege, ad quam dirigenda est, detorta ad vitia declinat. Quare nihil honestum, nihil iustū, nihil sanctū est, quod à diuina lege discrepans est. Ergo peccator est diuinæ legis violator, ac deinceps diuinæ maledicentis imminutor; quia Dei mandato non paret, atque eius imperium contemnit. Diuinam legem voco non solum eam, quæ sacræ literis continetur, sed etiam eam, quæ nostris mentibus à Deo insita est: rectam dico rationem, cuius lumine à malis bona discernimus. quod quidem mentis lumen de diuino lumine accenditur. Itaq; peccatum non est naturale, cùm sit cōtra naturam, contra, inquam, rationem, quæ est hominis forma, siue natura: sed est voluntarium; quoniam in nostra potestate situm est peccare. Ideoque peccatum dicitur culpa: quia vituperabile est. Absent autem à reprehensione, si extra nostram potestatem esset. At verò malum, quod præter rationem, & voluntatem homini accidit, vocatur infortunium. Tunc verò quidpiam est voluntarium, cùm scienter, & sponte suscipitur. Et quoniam peccatum formam hominis, ipsam, inquam, rationem, deprauat, obid homini mortem intert. et. n. mors deprauatio formæ: siquidem peccatum obscurat lumen rationis natu-

naturale , ac diuinum extinguit , quod est diuina gratia ; quæ est animæ uita . Rectè igitur Ezechiel inquit , Anima , quæ peccauerit , ipsa morietur . Generatur autem peccatum sic ; Dæmon in homine malam cupiditatem excitat : mala cupiditas voluntatem ad se blanditijs allicit , & turbidis animi cōmotionibus , tanquam nubibus quibusdam , rationis lumen obducit , vnde mox voluntas in id , quod mala cupiditas proponit , inclinat . Itaque peccatoris patrem dicunt esse Diabolum ; matrem uero cupiditatem . Sic Christus pharisæos peccatores ait ex patre Diabolo esse . Ad hæc animus ex contagione peccati turpiter foedatur . Nam mala cupiditas ad se animum attrahens , cœlestem eius nitorem contactu terrenæ rei commaculat . Quamobrem peccatoris animus à peccato non solum prauitatem assequitur , uerum etiam labé , & maculam suscipit ; turpataque imagine , ac deleta similitudine , quam cum Deo habebat , in Dei offensione incurrit . Præterea qui legi non paret , debita poena mulctatur : ideo peccator est obnoxius poenæ , quā lex sanxit , quæ poenæ obligatio nominatur reatus : et si reatus interdum peccatum ipsum significat . Ergo peccatum præterquam quod deprauat , & maculat animum , etiam penarum vinculis obligat , ut rectè peccator dicatur filius iræ ; quia tenetur culpa , cui pena debetur , quam infert diuina ira . Qualis insuper existat peccator ex peccati prauitate , macula , & reatu , docent mala , quæ dæmoniacus hodierni Euangelijs suffert . siquidē effectus est a Dæmone mutus , surdus , & cœcus , vt nec lumen oculis videre , nec varietates vocum sensu aurium noscere , nec lingua voces ullas effingere possit . Talis profectè est peccator , nempe cœcus , qui veritatis lumen non aspicit ; surdus , qui verbum Dei non audiit ;

Cap. 18.

Ioan. 8.

dit; mutus, qui recta, & honesta loqui nescit. Nec quia Lucas Euangelista scribit Dæmonium illud fuisse mutum, credat aliquis ipsum Dæmoniū mutum fuisse; quod neque os, neque linguam habet, cùm sit expers corporis: sed mutum appellatum fuisse, quia reddiderat eum, cuius corpus obsidebat, elinguem; perinde ut Poëtæ morbos vocant pallentes, quoniam faciunt homines pallidos. Fecebat autem eum, quem arripuerat, Dæmon mutum, impediendo linguam, ne vlla verba formaret: qui aliquando linguam obfessi à se mouet ad formanda verba nunquam obfesso nota: ut cùm illiteratum hominem facit vel Latina, vel Græca verba proferre, quæ penitus ignorat. Atque hoc certè maximum est correpti à Dæmoni signum, cùm aliena, & ignota lingua loquitur; quoniam à se non loquitur, sed in ipso residentis Dæmonis instanti, & opera. Nec inscitè dices mutum Dæmonem esse similem illi ranæ, quam mutam vocant, quæ in os canis ingressa, ipsum latrare non sinit: nam haud aliter obfessum à se Dæmon vera, recta, & honesta loqui non patitur. At qua ratione peccator in Dæmoni potestate veniat, quæso, Auditores charissimi, animaduertite; quamquam hoc ex ea disputatione, quam superiore Dominica de Diaboli temptationibus habuimus, vobis cognitum esse opinor. Cùm Dæmonem, seu Dæmonium dico, malum Angelum, siue spiritum intelligi volo, nam, eti nomen ipsum Græcum tam malum, quam bonū spiritū significat; vnde ad distinguendum à malo bonum spiritū Græcae linguae periti illum cacodæmona, hunc eu-dæmona vocant, tamen in scripturis sacris semper ponitur pro malo. Angeli boni sunt spiritus, qui in Dei fiducia, ac veritate persisten, & beati effecti

effecti sunt, donati gloria sempiterna : quorum sedes est cœlum Empyreum , summum Dei domicilium : Dæmones verò sunt mali spiritus, religionis veræ desertores , qui à prima veritate descierunt, insolenter suam gloriam appetentes, & Dei laudē, & honorem perpetram alperantes, impij, atque superbi. quare deiecti è cœlo, & in hunc tenebricosum aërem detrusi sunt ad exercendam (vt alias diximus) bonorum hominum virtutem, & puniendum malorum improbitatem . Nec paruuus est Dæmonū in hoc tenebricoso aëre numerus : qui quidē est in turmas , cohortesq; diuisus : quarū quęq; suum habet ducem , quem sequitur. Omnesq; vni hominum pernicie student, quos incredibili odio prosequuntur: atque nunc dolis fallere, nunc vi coariantur in aliquod scelus inducere , vt alienent à Deo, ne coelestem hæreditatem adeant, quam ipsi turpiter amiserunt . Etenim dici vix potest quantum sit cum incredibili inuidia odium Dæmonis in hominem , tum quia Dei filius naturam humana assumpsit ; tum quia locus in cœlo , à quo expulsus ipse est, datus homini est . Quapropter acri odio , & inuidia stimulatus nunquam non studet homini nocere. ipsumque bonorum colestiū, qua ipse spoliatus est , possessione priuare . Et in ipsa mundi origine primum hominem Adam per conjugem eius Euam, quam ingenio muliebri mobillem blandis verbis deceperat, à Dei maximi charitate abducere, & à diuinorum mandatorum studio remouere conatus est: vt alienatum à diuina voluntate, & benevolentia in suam potestate, ac ditacionem redigeret . Ac iure quidē belli victus victoris fit seruus, sicut B. Petrus ait . A quo quis superatus est, huius & seruus est. Et B. Paulus. Nescitis; inqt, quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediēdū, seruū

*2. Pet. 2.
Rom. 6.*

148 DOMINICA III.

Ioan. 8. estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiae ad iustitiam ? & Christus, Omnis, qui facit peccatum ait, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. Itaque Dæmonis arte, & impulsu vinctus homo è paradiso deiectus est, & factus Dæmonis seruus, animæ, ac corporis perniciem inuenit: animæ quidem, quoniam priuata est diuina benevolètia, & gratia; corporis uero, quia licet vi sua foret mortale; quippe conflatum ex quatuor corporeis elemétis, è quibus quicquid componitur tandem aliquando dissoluitur; tamen à uita animæ singulari Dei beneficio immortale fuisset. Sic ergo miseria cōsecuta peccatum est. Vnde recte Salomon ait, miseris facit populos peccatum. Dæmon igitur primus diuinæ religionis desertor fuit, quia primus à uero Deo desciuit, & pater mendacij, quia primus mendacium confinxit; & homicida, quoniam hominem in ipso, quo creatus est, initio ad peccandum impulit, unde mors animæ, ac corporis sequuta est. Idemq; est crudelissimus tyrannus, qui quos suæ subiicit potestati gravissimo iugo seruitutis opprimit, & affligit, ita ut eos nunquam respirare, nunquam acquiescere permettat, nunc malæ conscientiæ stimulis fodiens nunc libidinis facibus accendens, nunc uarijs modis in omnia sclera, & flagitia rapiens. E quo iugum nos vna Christi fides liberat, qua fidenter ad iustitiam Dei thronum accedimus, & in eius tutelam, atque præsidium venimus. Quamobrē Dæmones, antequam Christus in hunc mundum uenisset, ac genus humanum è peccati seruitute liberasset, frequentius hominum corpora ingrediebantur, & tanquam vi captas arces, superbè, ac contumaciter occupabant: ac, quasi gloriantes se in homines dominatum habere, insolentiū sese effrebat.

A. C.

A. C. quod Dæmon hominis corpus ingreditur, & per omnes partes eius permeat, Appulæ sententia redarguitur: qui existimauit Dæmonas esse corporeas. Nam si Dæmon esset corporeus, quo pacto per omnes corporis partes sine villa conſcione transiret? Nec tamen animam intrat, & per eius ſentiam vadit: quia, ſi penetraret ſentiam animæ, in hominum corda permanaret, atque noſtras ſcrutaretur cogitationes. Verum ſolus Deus cogitationes noſtras & corda ſcrutatur. Dicuntur tamen Dæmones hominum animas poſſidere, non quod in iplas introeant, ſed quod iplas ſua prauitate inficiant, & in quæ uelint facinora pro ſua libidine impellant, qua etiā ratione in iplis habitare dicuntur. Et quidem ante Christi aduentum Dæmon huius mundi regno ſecurus nullo repugnante potiebatur, & exultabat audacius, nullis repreſſus habenis: at, ubi Christus aduenit, eius uitæ ſanctitatem ſuſpiciens, & virtutem admirans, de ſuo regno timere coepit, dubiusq; diu fuit quid age-ret. Tum Christi uirtutem, dum ageret in loco deferto, miris modis tentauit: ſed viſtus abijt. Deinde Christus ipsum in Caluarie monte humiliatis armis inuafit, & ſicut Dauid gygantem Goliathe fortiter vicit, ac regno, quod iniquè poſſidebat, iure ſpoliauit, de praefidio deiecit, arma ceperit, ſpolia diſtribuit. Quam rem totam Christus in Euangeliō, quod hoc die in Ecclesia lectum eſt, illa ſimilitudine declarat; Cum fortis armatus custodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet: ſi autem fortior illo ſuperueniens uicerit eum, univerſa eius arma auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Arma Dæmonis ſunt tentationes, quibus ad peccandum hominem incitat: quarum uix Christus ita retudit, ut niſi mol-

K 3 libus,

libus, & eneruatis nocere non possint. Spolia sunt animæ captiuorum hominum, quas Christus de manu Dæmonis eripuit, & Angelis custodientes distribuit: ac simul damna, quæ nobis à peccato acciderant, resarcuit. Nam peccatum nos primò diuina gratia priuauit, & inimicos Dei effecit: tum Diaboli seruos, à quo uiicti fueramus, iure belli constituit: deinde grauissimis catenis constrictis: postremò multis malis, & incommodis affecit, non solum animæ, & corporis morte, sed etiam innumeris uitæ calamitatibus, atque miserijs. At Christus in Dei gratiam nos reduxit, & è Diaboli seruitute redemit, & uinculis soluit & ex animæ morte liberauit, è morte uero corporis in die iudicij liberabit: ac quædam alia mala vitæ remanere uoluit, quibus anime virtus ad maiora gloria præmia exerceceretur. Quòd autem Diabolus nisi à Christo vinci non potuit, argumento est

Cap. 41. eius potentia: cui, ut Iob ait, nulla, quæ comparetur, est; sed Christi virtus ob coniunctam cum diuinitate humanitatè infinitè maior fuit: ut eum facile vicet, atque expugnauerit. Ergo neque è corpore obsessione, neque ex animarum possessione Dæmonem ejcere, & deturbare quisquam;

Reg. 16. nisi solus Deus potest. Ne verò credas, quoniam in libris Regum legimus à Saule malum spiritum exire solitum, cùm à Dauid cithara pulsabatur, in cantu neruorum, aut vocum esse uirtutem, qua Dæmones expellantur: sed puta quòd vel precibus quas pro Saule ad Deum Dauid fundebat, vis mali spiritus reprimiebatur, vel sono citharae Saul sic afficiebatur, ut minus oppressionem Dæmonis sentiret. Quòd si virtus expellendi Dæmonas non est in sono, neque erit in odore. Ille uero iecoris piscis *Tob. 6.* affl otor, quo Dæmon à Tobia expulsus legitur, odorem

odorem orationis Tobiae significat, & quidē mul-
tos sanctorum hominum orationibus à Dæmoni-
bus liberatos accepimus. Et quanquam erant apud
Iudeos, sicut & apud nos, exorcistæ, qui à Dæmo-
nibus obsecros liberabant: non tamen illi sua vir-
tute, sed orationibus, & adiurationibus ex homi-
num corporibus Dæmonas ejiciebant. Quod si vi-
detur quandoque Dæmon ab homine expelli, sci-
to eum, cuius incredibilis solertia cum maximo re-
rum vsu est, vel pactione aliqua ex obsecro corpore
exire, vel confingere se ab homine constringi, &
ejici, ut in homines illudat. Non enim qui sem-
per habet nocendi uoluntatem, quia semper est ma-
lus ullius hominis se virtute inferioris imperio re-
linquet corpus, quod dum afflit, exultat. Ac licet
semper ignem secum portet, quo cruciat, tamen
enset se torqueri, cum ex obsecro à se corpore iu-
betur exire, quippe qui solatio habet, quod infert
homini, nocumentum. Et cum Dei nomine iussus
exit è corpore, illud abiicit, atque prosternit: ac sa-
pe membrum aliquod vel distorquet, vel debilitat,
vel contundit, atque comminuit. Quamobrem si
Dæmon ex hominis corpore non nisi diuina uitia
te potest expelli, perfectò Christus Dæmonium è
corpore, quod occupat, suo imperio ejiciens, decla-
rat se diuinam virtutem habere; ac deinceps esse
Deum. quam virtutem in plurimis, maximisque
rebus alijs miris à se gestis etiam ostenderat. At-
que hanc diuinam virtutem Christus, quatenus
est Deus, à se ipso habet; quatenus vero est ho-
mo, habet à Deo; atque ut est Deus, via sua Dæmo-
nium ejicit, ut autem est homo, in digito Dei,
hoc est in Spíitu sancto, seu diuina virtute:
quz propter diuinorum donorum distinctionem
digitus Dei nominatur. Dona autem diuina .

Spirituī sancto adscribuntur propter diuinam charitatem, cuius effectus sunt. siquidem Spiritus sanctus propriè charitas dieitur. Quod si Deus factus est homo, certè peruenit ad nos regnum Dei, diuina scilicet gratia; quæ nos à Dæmone liberat, & Deo subiectos & obedientes reddit. Sed quidam inuidi, peruersique Iudæi, quorum mala mens, malusque animus erat, cernentes à Christo Dæmonium miro modo electum, ac scientes nunquam alijs dæmoniacum quemquam mutantum natum fuisse, tantum, ac tam diuinum Christi facinus non diuinæ, sed diabolicæ virtuti affinixerunt, ut negarent Christum non modò non esse Deum, sed ne amicum quidem Dei. Itaque secum ipsi dixerant, In Beelzebub principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. Plures esse Dæmonum turmas suprà diximus, & vnamquamque suum ducem habere: siquidem non est omnium Dæmonum eadem virtus naturalis, sed alij sunt alijs superiores. Dæmonum verò, qui cum hominibus in hoc inferiore loco de salute, & cœlesti gloria dimicant, princeps est Beelzebub: quod nomen Hæbraicum interpretantur idolum muscæ. Quandoquidem horum Dæmonum principis idolum domicilium muscarum erat. Dicitur quoque Beelzebub Hebraicè Sathan, Latinè aduersarius, veritatis, inquam, & salutis uostre hostis; & à malitia, & calliditate Græcè Diabolus. Huius igitur æmonum principis nomine, non sua virtute volunt isti improbi, perfidiosique Iudæi Christum ex hominum corporibus Dæmonia ejicare. Quare Dæmonum principi familiarissimum esse, cui est studio coniunctissimus, nedum esse Deum. Sed ad istorum prauas, & insipientes cogitationes, quas diuinæ virtute perspiciebat,

bat, recte, ac sapienter Christus respondet; multisque rationibus probat se non in nomine Beelzebub principis Dæmoniorum, sed, qua Deus est, uirtute sua, qua verò est homo, in dígito Dei Dæmonia eijcere. Nam primò inquit, quoniam Dæmones non sunt inter se contrarij, sed omnes ad vnam omnium hominum perniciem consentiunt, quia, si dissiderent inter se, regnum satanæ diuisum foret, atque ex se breui tempore dilaberetur; Si quidem omne regnum in se ipsum diuisum vastabitur, & domus supra domum cadet; si in nomine Beelzebub principis Dæmoniorum ego Dæmonia expellerem, ipse Dæmoniorum dux suis in militibus aduersaretur: quandoquidem inuiti expellerentur ex hominum corporibus, in quibus es se vehementer exultant. Quo igitur pacto, si contrarij inter se sunt, Dæmonum societas coniunctio que seruabitur? Siquidem discordia dissolutione parit societatis. Ad hoc inquit, Si mei discipuli vestri filii non in nomine Beelzebub, sed meo Dæmonia eijciunt (ipsis enim Christus potestatem super omnes spiritus immundos dederat) cur ego in nomine Beelzebub, non mea virtute eijcio Dæmonia? Proinde mei discipuli vestræ improbitatis iudices erunt: quia suis exemplis vestram peruersitatem arguent. Quod si non in nomine Beelzebub, sed in dígito Dei eijcio Dæmonia, profectò tempus diuinæ gratiæ aduenit, quæ hominem cum Deo conciliat: quia Messias aduenit homo Deus, Dæmone fortior. Præterea inquit, ego ad veram religionem & pietatem homines ab impietate reuoco, Beelzebub autem contra à pietate ad impietatem uocat. quo igitur pacto cum Beelzebub facio? Et, si ego colligo, Beelzebub verò dispergit, qua ratione conuenimus? Nec mihi potest cuna

Beelzebub

Beelzebub esse villa pactio, qui ad confringen dam
 cius potentiam, & delendum eius regnum adue-
 ni. Aliqui alij Iudæi, quorum dura ceterum, quorū-
 que semper proprium fuit ad habendam fidē his,
 quæ ab aliquo propheta dicerentur, aut fierent, ali-
 quod signum de cœlo quætere, petunt à Chtisto hu-
 ius potestatis expellendorum Dæmonum ex ho-
 minum corporibus celeste aliquod signum, ut cre-
 dant ipsam esse diuinam. O stultos, & ineptos
 homines? quasi non maioris uitutis sit Dæmonas
 effugare, quam nubes in cœlo cogere, uel imbreu-
 sūndere, uel ignem accendere, uel tonitrua excita-
 re? Nam hæc Signa etiam Dæmonibus integrum
 est facere: qui de subiecta elementari materia mo-
 tu aliquo multa effingere possunt ijs similia, quæ à
 caussis naturalibus fiunt. Omitto, quod ita rerum
 quasdam imagines effingit, ut multa uisa huma-
 nis oculis obijciat, quæ nulla cum sint, tamen esse
 appareant. At Dæmonibus imperare, temeritatem
 eorum coercere, uim reprimere conatus depellere,
 artes eludere, hæc, nisi à Deo, fieri nequeunt. Por-
 rò si maioris uitutis est spiritus, quam corpora re-
 gere, certè maioris potestatis est Dæmonas sibi sub-
 ijcere, quam corpora naturalia mouere. Sed mala,
 quibus hominem, quem arripit, Dæmon afficit spe-
 ctemus, ut mox inspiciamus diuinam virtutē, quæ
 ex illis hominem vendicat. Dæmon, quem obfi-
 det, misabiliter exagitat, contumeliosè vexat, iniu-
 riosè iactat, crudeliter lacerat, uomentemque spa-
 mam ex ore, & uibrantem ex oculis ignem uiolen-
 ter prosternit in terram, alludit faxis, coniicit in
 flamas, totumque corpus ita distorinet, ut nihil
 cervi deformius possit: tanta demum tyrannide op-
 primit, ut nec respire, nec vultum in cœlum attol-
 lete permittat. & Dæmoniacum, quem Euangeli-
 ita

Ita Lucas scribit à Christo sanatum, accepimus fuisse mutum, surdum, & cæcum: cæcum quidem, quia sensum eius oculorum Dæmon obscurauerat, ne lumen aspiceret, sed in tenebris esset, quarum ipso princeps est; quia primus cœlestem lucem odiuit: mutum verò, quia sensum aurium impedierat, ne voces, ac sonos hauriret; nè, inquam, Diuina verba diuinasp; monitiones admitteret: quibus animus, tanquam aculeis, compunctus à peccandi licentia sese retraheret, at elinguem fecerat, linguam impenetrando, ne vocem proferret; non ut nihil loquetur, sed ne benè, hoc est, ne honesta, iusta, & sancta loqueretur, ne sacra mysteria rectè proferret, ac diuinæ beneficia meritis verbis extolleret: alioquin ad omnem procacitatem, & petulantiam linguam soluit, & mentem inuitat. Hæc igitur, & his similia mala contingunt homini peccatori ex immenso Sathanæ doninatu: è quibus, nisi à Salvatore nostro Iesu Christo, liberari non potest. Solus enim Christus sua diuina virtute Diabolum infalter elatum comprimit, & aduersantem vincit, accedit, & ab homine prostrato repellit, & fugat: abiectumq; hominem erigit, & afflictum recteat; & vulneratum sanat, atque ab eius oculis caliginem depellit, & impedimentum audiendi remouet, & linguam ad celebrandam laudibus diuinam misericordiam soluit. Neque interim à proposito nostro alienum fore existimo, quia Dæmoniacū, è quo Dæmonium hoc die Christus eiecit, volunt esse peccatorem hominem à pueritia male educatum, vos admonere, ut liberos vestros timere Deum, & numen diuinum piè venerari ab infantia doceatis, est enim totius vitæ humanæ fundamētum pietas atque religio. tum in bonarum, & honestarum rerum studijs exerceatis. Sed videte à quibus,

156 DOMINICA III.

bus, & quibus disciplinis erudiantur, nam discipuli non solum opinionum magistrorum sectatores, sed etiam morum imitatores sunt. Et quoniam maxima est malæ cōsuetudinis corruptela, in primis à prauorū hominū, colloquijs, & familiaritate sciūgite. Nā mores, quos à pueris imbibūt, vsq; ad senectūtē retinent, ut præclare poëta ille ait, Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.

Luc. 11. Sed ne lōgiūs de nostro cursu digrediamur, peccatorē monitū volo, vt diligētissimē curet, ne vbi Christi beneficio è Diaboli potestate liberatus est, ad peccata, tāquā canis ad vomitū, reuertatur. Nā fiet ipsius posteriora peiora prioribus. Siquidē fieri animus eius sylua ferarū, latibulūq; serpentū : &, qui antē vni Dæmoni seruiebat, posteā plurimis seruire cogetur; qui semper ex uno in aliud peccatum miserè corruet, ipsum hoc peccato in aliud suo pondere pertrahente. Ac certè si Christus primò peccatorem benignis oculis respicit, dum ipsum à malo in bonum conuertit, sicut Niniuitas respexit, posteā si diuinam gratiam neglexerit, iratis, sicut Sodomitas, oculis respiciet: ingratique animi, & malè actæ vitæ condemnatum æternæ poenæ cum Dæmonibus addicet; quorum culpam imitatus, & sequutus hortatum est. Quis quis igitur de Pharaonis, hoc est, Diaboli durissimo imperio Christi merito ereptus est, ex Ægypto, id est, peccatorum seruitute exiens, cantet Domino canticum nouum, & cœlestem virtutem lummis laudibus efferat; seque totum ad Dei benevolentiam & charitatem adiungat, neque latum (vt dici solet) vnguem à diuinis mandatis vñquam abscedat: vt cuī Diabolus redierit (redibit autem sāpe) nihil in eo, quod sui juris sit, posthac inueniat: turpiterque recedat.

Do-

Dominica IIII. Quadragesimæ.

C O N C I O

De Diuina Prudentia, & Miraculis.

NO LIM, Auditores charissimi, vos
 in media Quadragesimalis jejunij
 via defatigatio capiat: quæ ad opta-
 tam Domini nostri Iesu Christi re-
 surrectionis gloriam peruenire non
 finat. Nam etsi pro nostris viribus huius viæ la-
 bores, atque vigilias ferre non possumus, tamen
 est præstò nobis diuinæ miserationis auxilium,
 quo lassitudo leuetur, ac debilitata genua corro-
 borentur. Neque in vlliis sancti munera fun-
 ctione virtuti nostræ confidere debemus, sed diuina
 quippe à Deo est omnis boni operis initium,
 atque perfectio. Nec quisquam Dei optimi bene-
 ficientissimæ voluntati quicquam diffidat qui pa-
 ter, & rex vitam omnium, salutemque tuetur;
 ac nobis in nostris solitudinibus, & necessitatibus
 omni tempore singulari benevolentia subue-
 nit. Hanc Dei summatam erga nos benevolentiam,
 & de nostra vita, & salute curam, hodierna sancti
 Euangelij lectio non obscuris signis, sed certa si-
 gnificatione declarat. Narrat enim Euangelista
 Ioannes, Christum Iesum miseratione commotum
 fuisse, cum sedens in monte cum discipulis suis o-
 culos subleuasset, ac uidisset venientem ad se maximam
 multitudinem, quæ semper eum sequebatur:
 pro-

propter signa, quæ faciebat super his, qui infirmitatetur: neque essent in deserto loco cibaria, quibus vescerentur, adessetque periculum, ne si ieconi in sua redirent, in via deficerent, mox, quo pacto tantæ necessitatí prouiderit, narrat. Refert enim in manibus accepisse quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, quos puer unus habebat, & actis Deo gratijs fregisse, ac discipulis dedisse distribuendos turbæ, quæ super fœnum iussa erat discumbere. Sic comederunt, & saturati sunt, præter pueros, & mulieres, viri numero quasi 5000. Ita quinque tantum hordeaceis panibus, & duobus pisibus. Famæ omnium expleuit, diuina uirtute multiplicante panis & pisces cum quantitate substantiam. Quod quidem Christi maximè illustre, ac preclarum facinus, & diuinam prouidentiam manifestam facit, & miraculorum naturam exprimit, ac finem, cuius gratia siant, planè aperteque demonstrat. Sed extitere quidam philosophi magis insipientiæ quam sapientiæ amatores, qui à Deo mundum ad ministrari, aut hominum vitæ & saluti consuli negantur, vel ne molestis illum curis implicarent, grauibusque laboribus frangerent; vel quod res humanas ob honorum hominū aduersam, & malorum secundam fortunam temerè, non consilio regi censerent. Nos itaque prius argumentis & rationibus probemus à Deo mundum yniuersum sapiëtissimè gubernari: tum humanis rebus quam optimè prouideri. Ac sanè quibus rationibus philosophi probant esse Deum, & primam omnium rerum causam, ijsdem nos probabimus Deum esse rectorem & moderatorem uniuersi. Quid autem oporteat in hac yniuersitate rerum adesse unam præstantissimam naturam, à qua res ceteræ pendant, indicant motus, & ordo rerum omnium,

quem

quem mundi temperatio sequitur. Atque hęc ipsa, motus, inquam, & ordo, & cum ordine mundi temperatio Deum esse confirmant authorem, & gubernatorem omnium. Oportet enim esse in hac rerum vniuersitate primum aliquod mouens, quod alia moueat, ipsum existens immobile: quippe quod à nullo pendeat, sed ab ipso reliqua. Ex quo philosophi coniecerunt vnum esse rerum omnium principium, & vnam causam omnium primam: quia, si non daretur vnum motionis omnis immobile principium, abiretur in infinitum, quod (vt aliás me dixisse vobis memini) & ratio, & natura abhorret: quia nulla scientia foret, at nullus ordo, id quod dicere, aut cogitare absurdissimum est. Quòd si ab uno principio mouentur omnia, etiam ab uno principio reguntur, quod quidem principium est Deus, præstantissima, inquam, natura, cui subiectæ cæteræ omnes sunt. Quamobrem si Deus mouet, & regit omnia, certè non solum coelestia, sed etiam terrestria moderatur. Nec vero quis amens existimet cum fatuis, & voluptatijs Epicureis Deum in administranda rerum vniuersitate vel corpore defatigari, vel animo; vt illum deinde neget aut mundum regere, aut posse, si regat, beatè viuere. Non enim Deus, qui simplicissima mens est, ab omni concretione & compositione abhorrens, vlla mole corporea premitur: vt ob laborem intermittat vniuersitatis administracionem: nec gubernandi vias vllas exquirit, ut mentem eius aliqua solicitude perurgeat: qui quod vult intelligit, & intelligit quod vult, & eius, quod vult, & intelligit, potestas in ipso est. Non laborauit mundum creando, nec laborabit gubernando; qui vt dixit, ita facta sunt omnia: &, vt intelligit, & vult, ita gubernantur. Proinde si Dei mens,

mens, & voluntas semper est eadem, quoniam immutabilis est, profectò finè vlla cura, & labore cū etia administrat. Neque solum mundi partium motus, verum etiam ipsarum temperatio, & ordo nos docent à Deo mundum hunc regi vniuersum. Nā si mundi partes sunt inter se natura maximè diffarentes, atque contrariæ, altera superior cœlestis & æterna, altera inferior elementaris atque caduca, nisi ab vna excellentissima natura continerentur, quoniam obsecro modo, aut qua vi semper inter se tam aptè, tam decorè, tam firmiter cohærerent? Intuere cœlestium illorum orbium dispariles quidem motus, sed tanta temperatione concordes, ut ex acutorum, & grauium sonorum, quos edunt, interuallis à Pythagora, & Platone mūdus ad harmoniam canere credatur. Dic oī, qua vi posset vlla effici harmonia, si non ab vna mente diuina cœlorum omnium conueriones & motus temperarentur? Intuere quoque hanc mundi partem inferiorem quemadmodum constet è quatuor corporis elementis: quæ, quia contraria sunt, pugnant inter se ipsa semper: num prima hæc corpora centrifabis non ratione vlla, sed casu inter se composita sic esse, ut aliud ab alio cōtineatur, neque in illius naturam & essentiam mutetur? Nam si mutaretur alterum in alterum, totius mundi contextus penitus dissolueretur. Alterantur tamen aliquæ ipsorum partes, & in unum locum motu celi coimpelluntur, vt inter se inisceantur, & ex ipsis permittis alia deinde corpora generentur. Non est tanta vis, nisi in eo, qui dominatum tenet in his, quæ sociat inter se, atque coniungit. Cūm autem cernamus omnes res cœlestes & terrestres, summas & imas, æternas & eaducas sic inter se connexas & colligatas, vt semper secum congruant, nec disiunctionem

Et nonem ullam faciant, quis dubitabit fateri ab una principi causa regi & gubernari vniuersa? Damus itaque ab uno potentissimo, sapientissimo & optimo rege mundum hunc vniuersum administrari, cum ita sint inter se apta, & nexa omnia, ut nihil dissolui omnino queat. Etenim plurimum, & dissimilium partium inter se apta iunctione cohaerentium oportet esse aliquem ordinem, & ordinis aliquod principium, & finem, a quo pendeant, & in quem referantur. At omnes mundi partes, quae propter artificis præstantiam, & ornatum universi plures, & differentes sunt, maximo, & incredibili ordine conueniunt. Igitur mentem quandam esse oportet omni vi, & sapientia præstantissimam a qua inter se ordine compositæ sint; & compositæ eius virtute conseruentur. Namque eius est conservare, cuius est ordinare: & ordinare non nisi cuiusdam sapientis mentis est opus, quæ finem aliquem respicit. Et diuina quidem mens non alium finem, quam se ipsam respicit: qua nil melius, nil maius, nil superius est. Nam si alium finem, quam se ipsam, respiceret, penderet ab illo: nec deinceps foret ipsa principium, sed illud, a quo ipsa penderet. Proinde legimus in sacris Proverbijs Deum Cap. 16.
 vniuersa propter semetipsum operatum fuisse, nempe propter nominis sui gloriam, suæ, inquam, potentiaz, sapientiaz, ac bonitatis declarationem. Si Deus non gubernat vniuersum, quis quæso gubernat? nam summo consilio, summaque virtute ipsum contineri cernimus. Dices opinor ab aliquo ministro Dei. Nos quoque dicimus summum, & optimum Deum in huius mundi gubernatione propter diuinam suam dignitatem, & amplitudinem plurimos habere ministros; quorum opera pro diuersis munibz vtitur: sicut videmus re-

L gum

162 DOMINICA III.

gum suos esse ministros , atque satellites . At omnis ministerorum authoritas ab ipsorum domino est. An non eum, qui per alium quicquam facit, per se ipsum illud facere dicimus ? Quam etiam stultum est dicere mundum non diuina mente regi , sed fato, hoc est, certa siderum cōstitutione, ita ut , quod siderum lege sancitum sit , ab ipsomet Deo mutari nequeat: cūm ipsa sidera sint in anima, mentis expertia, neque à se, sed ab Angelis conuersentur, qui diuinæ obediunt voluntati . Quamobrem dicimus Deum cum secundis causis facere; & quæ sunt magis à Deo fieri, quām ab ipsis secundis causis : quippe quibus à Deo communicatur vis omnis , atque facultas . Sed & secundarum causarū certæ sunt vires, certæque leges; supra quarum uites , ac præter quas leges sēpe Deus multa efficit , ut agnoscatur omnium Dominus esse, atque omni lege, qua res ceteræ tenentur, solutus . Itaque certum & ratum sit nihil vñquam præter diuinam voluntatem fieri . Si quid vitij tamen in procreatibus a Deo rebus cernitur aliquando, id ab ipsis ceterum natura, quæ imperfæctæ à se sunt, accidit: & pro conseruanda vniuersitate rerum quædam mala Deus esse summa ratione , summoque consilio permittit . Facere verò plures mundi reges, & imperatores est uniuersitatis rerum ordinem perturbare: siquidem, ut diximus, ordo unum principiū, & unum respicit finem . Sed non est opus digredi ad probandum unū esse Deū, quādo ipsimet philosophi vñū Deū, vnamque principē omniū causam esse confirmant ; & sacra scriptura quæ vetissima , & castissima doctrina est, nobis vñū Deum cole re præcipit . Sunt tamen nōnulli, quorum princeps est Auerroës; qui dant quidem cœlum à Deo gubernari , non autem inferiorem hunc mundum: quod

quod diuina maiestas à rerum inferiorum præcuratione diminueretur. Hæcne est tam præclara, & tam eximia istorum philosophia? Quis est tam amens, qui non credat eiusdem opificis esse tam in superioris mundi partis, quām superioris ædificationem? Si nihil indignum diuina maiestate factum est, cūm terra, stirpes, & animantia creata sunt, cur indignum Deo erit regere, & tueri, quæ creauit? An forte minorem prouidentiam in inferiorum, quām in superiorum gubernatione conspiciunt? Mihi res differentes, & contrarias aptè connectere & colligare, colligatasq; teneat maxima potentiæ, ac summæ sapietie munus esse uidetur. Nec dubium est, quin si Deus è rebus, quas creauit, suam virtutem subtraheret, omnes in nihilum, vnde sunt, redigerentur. Nihil igitur non curat. Ac porro diuinam omnium inferiorum rerum prouidentiam ex illis sacrae scripturæ verbis planè discimus, Nonne duo passeræ veneunt dipondio, & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro, est in obliuione coram Deo? Fateamur igitur vniuersum mundum à Deo regi: & cum Salomone dicamus, Tu autem pater gubernas omnia prouidendo: & non est aliis Deus, quām tu, cui cura est de omnibus. Quibusdam Deus videtur mundum quidem regere, sed humanis rebus minimè prospiceret. Quia cernere se inquiunt improbis hominibus res secundas, probis vero res aduersas contingere: Deum autem summum dominum, & iustum iudicem esse, ut cuique quod meritum est tribuat; neque ignorantia non modo factorum, sed ne cogitationu quidem nostrarum, vt in retribuendo fallatur. at, si res humanas curaret, non benè de malis, & male de bonis hominibus mereretur. Ideoq; fortunam quandam Deam cæcam, & volubilem humana-

Mat. 10

Sep. 14.

Sep. 12.

162 DOMINICA III.

Cap. I.

rum rerum dominam non minùs stultè, quam ini-
piò finixerunt. Sed ab istis ego percunctor, cuius
gratia Deus mundum creauerit? Porro in Genesí
legimus Deum, postquam reliqua creauit, dixisse,
Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē
nostram: & præfit piscibus maris, & uolatilibus cę-
lī, & bestijs, vniuersæque terræ, omniq[ue] reptili,
quod mouetur in terra. Vides omnia propter ho-
minem generata esse? Idque etiam præstantissimi
philosophorum affirmarunt, cùm animaduerteret
omnes res homini usui esse, tot omnis generis me-
talla, tot differentes arborum fructus, tot bruto-
rum animantium species; omnia denique uai ho-
mini seruire. Quād igitur incredibile, quam ab-
surdum, & ab omni ratione alienum est, Deum
omnia creasse propter hominem, & hominis curā
negligere, aliorum habere. Sed quantam curam
hominis Deus habeat, Christus aperit, cùm inquit

Mat. 10:

oēs hominis capillos esse numeratos apud Deum.
Quid? nonne Deus, vobis Christianis loquor, fa-
etus est homo, & pro homine mortuus? quomo-
do igitur hominis vitam, salutemque contemnet?
Donauit se ipsum homini, cur non secum alia do-
nabit? Illam verò de malorum hominum secun-
dis rebus, & bonorum aduersis dubitationem, nos
qui alterum seculum futurum credimus, in quo
Deus iudicium suum perficiet, & reddet vnicui-
que secundum opéra eius, facile soluimus. Primo
tanquam fundamentum hoc iacimus, pro diuinaz
iustitiaz ratione nullum cuiusvis hominis aut be-
nefactum, aut malefactum non aliquo vel bono
remunerandum, vel malo puniendum fore: & quę
dam bona esse caduca huīus vitæ, quædam æterna
illius sæculi. Tum dicimus illa æterna bona pijs
viris tantummodo reservari, hec caduca etiam ma-
lis

Iis hominibus distribui, qui boni aliquid egerunt aliquando, vel etiam agunt; quo non cœlestem illum, sed hanc terrenam mercedem promerentur: res aduersas verò pijs cuenire vel propter peccatorum purgationem vel propter maius virtutis, & meriti incrementum. Sed diuinam prouidentiam Euangeliū, quod paulò ante legi audistis, manifestam, & apertam facit. Narrat enim Christum, cùm uidisset magnam hominum multitudinem sequentem se in deserto loco, nec habentem quod manducarent, misertum illorum famis, & laboris, afferri sibi iussisse quinque panes hordeaceos, & duos pisces, qui in tanta hominum multitudine reperti fuerant; illosque in manus suas accepisse, & benedixisse, ac fregisse dedisseq; discipulis suis distribuendos turbæ, quæ super fenum discumbere iussa erat: atque ita multiplicasse panes, & pisces ut omnium famem expleuerit. Sic cum diuina miseratione coniuncta prouidentia est: quandoquidem ex diuina sua commiseratione nostris necessitatibus subuenit. Quid non hic benignè? quid non prouide? quid non mirè actum est? Inusitato, & nullis sçulis auditō miraculo suam & diuinitatem, & prouidentiam declarauit. Accertè suam diuinitatem aptè miraculis patefecit; quæ sola diuina uirtute fiunt. Quamobrem de miraculis deinceps dicemus; vt hanc panis, & pisces multiplicationem miraculum esse cognoscatis. Miraculum & communem, & propriam habet significationem. Communiter dicitur miraculum quicquid parit admiracionem. Admiramus porrò ea, quæ supra ætatem, supra sexum, supra ingenium, supra uires fiunt, aut raro, ac præter consuetudinem euenniant: quæ si aliquid ostendunt, portendunt,

L 3 mon-

monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstrâ, prodigia nominantur, maximè verò admiramur ea, quorum causas ignoramus: atque eò res quæque mirabilior est, quò est eius causa obscurior. Ideoque Solis, Lunæque defectus imperiti rerum mathematicarum obstupescunt; quia rationes ipsarum defectionum ignorant. Atque, ut summam dicam, suspicimus ea, quæ nulla intelligentia capimus: qualia præcipue sunt diuina opera; quæ nulla cogitatione comprehēdere possumus. Quòd si minùs mira fortè cuiquam apparent, consuetudo efficit; qua vulgaria fiunt, quæ rata videbantur. Hoc nimirū est, quod B. Augustinus ait, mirabilius esse tot millia hominum quotidie generari, qui non erant, quām unum hominem mortuum resurgere, qui erat. Hoc tamen omnes aspiciunt, admirantur, obstupescunt; quia nouum: illud aspicit nemo, quia visitatum est. Nihilominus omnia Dei opera sunt miracula, quia omnia sunt admirabilia. Propriè verò miraculum vocamus id, quod aut supra facultatem naturæ, aut extra modum naturæ, aut etiam contra vim, modumque naturæ sit. Potest natura è certa materia certainam formam educere; verùm hanc ipsam formam, si semel abit, reducere amplius non potest; quia suo perfuncta mutete est. Eademque parens natura quædam quasi Dei pedissequa corporis animati membra summo artificio fabricatur, quæ certis sensibus, certisque muneribus deseruiunt: verùm si quod membrum penitus labefactum aliquo casu, aut vitio fuerit, reficere postea nequit. Ideo quod mortuum est, nunquam reuiuscet naturaliter; nec redibunt viri quām eadem ipsa, quæ interierunt: quoniam interierunt: nec carnis aspectus, nec surdis auditus, nec claudis inglellus à natura, nonquām restitueruntur.

tur. Est etenim (ut à philosophis docetur) à priuatione ad formam, quam habitum vocant, naturalis progressus, non autem regressus. Exempli gratia, ex eo, quod non est ignis, facit natura ignem; verum hunc ipsum ignem, si semel extinguitur, nunquam iterum faciet: pariterque nec cæcus alpectum, nec surdus auditum, nec claudus ingressum à natura vñquam recipiet. Ergo qui mortuos in vitam reuocat, & cæcos cernere, & surdos audire, & claudos ambulare facit: is potentior est, quam natura. Præterea non sive certo motu, & tempore natura opera sua molitur. Nam illa efficit per alterationem, quæ est secundum primas sensiles qualitates calorem & frigus, humorum & siccitatem mutatio, ac certum temporis spaciū requirit. Sic naturæ fas est morbos aliquos sanare, præfertimq. si medicinæ ope iuuetur: quia fas est qualitates sensiles ad temperationem redigere: in qua est corporis sanitas. Qui ergo leprosum momentum temporis solo verbo mundabit, aliosve morbis repellat, is maiores, quam rerum naturalium parentes, vires habebit. Quamobrem miraculum a naturæ facultatem vincit, vocaturque arduum: aut præter naturæ morem fit, nominaturque inusitatū. Quinetiam ea, quæ à natura præter consuetum eius morem fiunt, miracula naturæ nuncupantur: cuiusmodi miracula poëtæ, philosophi, & rerum naturalium historici permulta prodiderunt. Quale est illud in Epiro: quod fons quidam aquæ frigidæ extinxerat facem accendit, & accensam extinguit. Ac quod magis vel naturæ viribus excellit, vel ab usitato naturæ modo recedit, eò maius miraculum est. Vnde maius miraculum est è mortuis aliquem excitare, quam ægrotum sanare: magisque mirandum verbo sanare, quam tactu. quanquam ratio-

168 DOMINICA III.

ne diuinæ uirtutis, qua sola fiunt omnia miracula, sunt eadem: quod nimis ab eadem causa efficiantur. Contra uim, & morem naturæ est uirginem parere. quod mihi quidem miraculorum omnium maximum est. Non est igitur propriè miraculum, quod neque facultatem naturæ, neq. modum eius respicit, quamuis admirabile sit. Ergo mundi creatio, & impij hominis iustificatio propriè miracula non sunt, quia nullus est in his respectus naturæ, quamuis maximam habeant admirationem. Quid miraculum sit exposuimus; deinceps videndum est, cuius sit miracula facere. Est sanè eius, qui naturæ dominus est; qui omnia, quæ vult, facit, ac solo verbo quæ, quando, ac quo modo vult facit. Is porrò est Deus, qui omnium imperium tenet, à quo sunt, & reguntur omnia. Neque audiendi sunt, qui negant Deum aspectabilia miracula facere; quoniam ipse aspectabilis non est. Nam mundo nihil est maius; quem tamen ipse fecit aspectabilem: cuius artificium nemo est, qui illa cogitatione percipiat. Cæterum & Angeli, & sancti homines facere miracula, non tamen vi sua, sed diuina, non imperando, sed nomine Domini inuocando. Christus vero, ut Deus, propria virtute miracula fecit, mari, ventis, morbis, morti, inferno, dæmonibus, totique cœlesti, ac terrestri naturæ autoritate diuina imperando. Sola enim diuinitas Christi fuit miraculorum efficiens causa: eius vero humanitas quasi quoddam instrumentum diuinitatis, non seiuinctum, sed coniunctum cum ipsa diuinitate, ob quam coniunctione est omnium procreatarum rerum præstantissima, ac maximè efficax. Vnde quicquid à Deo patre Christus consulta ratione voluit, semper obtinuit.

Iohn. 14. Hoc ipse inquit Patri, Sciebam, quia semper me au-

dis.

dis. Nec verò miracula fruſtr à, & inutiliter fiunt,
 cùm indignum sit à Deo quic piam finē cauſa fieri, sed vel ad celebrandam, vel ad probandam re-
 rum diuinarum fidem. Ob cuius approbationem
 contingit aliquando à malis hominibus, sed fi-
 dem, aut aliquid inſigne fidei habentibus pro-
 malis hominibus, vt etiam in fidem ipſi veram in-
 ducantur, Dei nomine miracula fieri. Idque patet
 ex illis Christi verbis, In illa die mihi dicent Do-
 mine, Domine, non ne in nomine tuo virtutes mul-
 tas fecimus? Confirmatur etiam interdum aliqua
 doctrina miraculis, & alicuius pīj viri sanctitas;
 quem Deus ſibi charum vult à nobis diuinis hono-
 ribus affici. . Nec falsa doctrina, nec ficta sanctitas
 eſſe potest, quam miracula comprobāt: quia Deus,
 cuius nomine miracula fiunt, falsitatis & menda-
 cij testis eſſe non potest. Neque infiior à Dæmo-
 nibus, & à magicarum artium ſtudioſis Dæmonum
 ope quædam mira, & miraculis ſimiliūm fieri;
 vt cùm tonitrua crient, & fulmina, ut cùm ſta-
 tuis, aut cadaueribus sermonem, & ſaxis, rebusque
 immobilibus motum affingunt: ſed fāna, & vanā
 eſſe ſatiſ ex his cōſtat, quod vel causam habent ali-
 quam naturalem, vt ſonus, & ardor editus ex nu-
 bium conſlietu, qui Dæmonis opera fieri potest; cui
 (ſicut aliās diximus) elementaris ſubiecta mate-
 ria eſt, vel tantūm veri ſpeciem habent, vt ſimula-
 chrorum locutio; cùm in iſpis Dæmon loquatur,
 aut ſaxorum motus, non vi ſua, ſed Dæmonū virtu-
 te motorum. Quid, quod à miraculorū fine iſthac
 etiam abhorrent, cùm neque Dei gloriam, neq; ho-
 minum ſalutem respiciant, ſed tantūm dolis falla-
 cijs, præſtigijs nixa, leuitatis, vanitatis, erroris im-
 probiflma ſint artificia? Iam cognita miraculorum
 natura, cognoscetis à Christo factam panis, & pi-
 scis

Matt. 7.

scis multiplicationem esse miraculum. Nam accretio, quæ naturaliter fit, & est propriè, ac verè motus naturalis, fit ex recepto dissimili corpore, nempe cibo, intra crescentis corpus, & in illius substantiam conuerso. talis accretio in panis, ac piscis multiplicatione nulla omnino fuit. Quippe huiusmodi accretio est tantum corporum vitam habentiū: at panis, & piscis erant corpora vita carentia. Fit etiam accretio rei non viuentis non ex recepto infra ipsum cibo, sed ex adiecto extrinsecus simili corpore, ut cum ignis ex addito igne fit maior, & aqua ab influentibus imbribus accrescit. At in hodierno conuiuio quinque tantum panes, & duo pisces appositi sunt. Ipsorum ergo multiplicationē miraculum fuit: quia tum omnem vim naturalem vicit, cum præter omnem usitatum morem naturæ facta est. Quod miraculū omnū oculos, & animos in Christum conuertit; ac fateri coēgit ipsum esse Prophetam in lege, & Prophetis à Deo promissum ad saluandum populum suum. Quare hunc Prophetam vocarunt hoc nomine, Qui uenturus est. Fuit porrò Christus, Auditores charissimi, Propheta, non qua Deus, sed qua homo, non qua comprehensor, sed qua uiator fuit. Nam Deo nuda sunt qmnia: & ijs qui in Dei uultu habitant, quæ nobis obscura, & futura, clara, & præsentia sunt. Prophetæ verò per rerum imagines diuinis radijs illustratas res futuras prospiciunt: quandoquidem qui mortalis corporis clausi compagibus sunt, hoc patefacto rerū notitiā capiūt. Quapropter Christus, prout Deum videbat, non erat Propheta; nam asperitus diuinæ essentiæ tollit Prophetis rationem; sed prout res futuras per similes ipsarum imagines collustratas diuina luce cernebat. Ac certe quò quis clarius venientia prospicit, eò præstantior; & quò illa

illa melius explicat, eò excellentior Propheta est. Explicat autem melius, qui cœlesti splendore magis illuminatur: illuminatur autem magis, qui diuino afflato commotus mentem in Dei contéplationem magis intendit.

Prima igitur laus Prophetæ est, qd diuinò splendore ad cognoscendas res occultas illuminatur: altera est, quod ea, quæ videt, alijs fidéliter, sýncréque pronunciat. Ideò enim occulta diuinitus patefiunt Prophetæ, vt alijs enunciet. Est enim prophetia diuinum donum in aliorum vtilitatem alii cui gratis datum. Vnde etiam dicebatur Propheta, qui terum dininarum scientia pollebat: & alios quæ scire, quæq; agere deberét docebat. siquidem Prophetæ mūtus erat tūm rerum diuinariū fidem infotmare, tūm actiones humanae instituere. Sed & maior alijs Prophetis habebatur, qui res admirabiliores faciebat: quibus suam Prophetiam, & prædicationem cōprobabat. At verò Iudæi Moysem omnibus Prophetis antepónunt, primò, quod Deum videt; quenam nemo aliorum Prophetarum vidit, ex quo Prophetiam eius voluntapertam fuisse, aliorum obscuram: deinde, quia diuinam legem vniuerso populo promulgauit. postremò, quia miracula, quæ in Aegypto fecit, maxima fuitunt. Sed cum Christo, in quo (vt B. Pauli verbis vtamur) inhabitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, nullo modo conferendus est. Nam Christus semper Deum in mentis oculis habuit, sicut beati. Quanquam (vt diximus) hac ratione Propheta nō fuit, sed quatenus res venturas per similes formas illustratas luce diuina longè ante prospexit. Moyses verò diuinam essentiam non vidit eo modo, quo beati, sed raptim, & quasi per transennam strictam aspexit: ob quem aspectum tamen ceteris anteponitur.

Colof.a.

172 DOMINICA III.

nitur. Tum Christus nouum testamentum nostri moris, sed amoris legem condidit, neq; ut famulus & minister, sed vt dominus & rex omnium, omnibus populis & gentibus tulit. Postremà miracula, quæ fecit, & magnitudine, & multitudine omnium omnia miracula superarunt. Semper equidem miracula miraculis annexuit, & alijs alia

Psal. 17. maiora, vt, quemadmodum scribit Dauid, conuscationes multiplicarit, & conturbarit aspicientes.

Cap. 21. Quæ Christi miracula si omnia scripta fuissent, totus mundus (vt B. Ioannes ait) capere non posset. Meritò igitur Christus à præstantia virtutum omnium, quibus prophetæ commendantur, prophetæ nomen commune tanquam proprium obtinuit. Atque sic propheta fuit, vt fuerit etiam dominus prophetarum, sicut & Angelus, & Angelorum dominus fuit, sicut quo nullus est Angelus, neque Propheta. Huius eximij prophetæ, & prophetarum domini, Auditores charissimi, diuinam virtutem, & ingentem erga hominem benevolentiam in hodierni Euangelij lectione cognouisti. Tantam erga Christi erga nos voluntatem, & salutis nostræ curam, singulari studio amplectamur: cuius virtuti, & auxilio confidentes, reliquum quadragesimæ iter alacri & lato animo conficiemus.



Domini-

Dominica V. Quadragesimæ.

C O N C I O

De Sacra Scriptura, seu verbo Dei.

SI rector huius vniuersitatis Deus, Auditores charissimi, nostrorum corporum necessitatibus summa ratione prouidit, etiam nostrarum animarum salutis mira sapientia consuluit: & qui hominem ad fruendum bonis cœlestibus creauit, etiam viam ipsi manuuit, qua recto itinere in illorum possessionem adiret. Hanc viam nobis sacra scriptura demonstrat; quæ quid sapere, quid agere pro cœlestium bonorum adeptione debeamus, ostendit. Etenim si per nos ipsi hanc ad æternam beatitudinem viam inuenire, & inire possemus, nullis utique vaticinijs, nullis scripturis sacris egeremus: Sed quia nobis occulta, & latens est; quandoquidem illam beatitudinem nullo sensu, nullaque intelligentia capere possumus, ideo nobis ipsam à Deo beatitudinis authore, & ueritatis magistro commostrarari oportuit. Nec credendum est beneficentissimum, & humani generis amantissimum Deum pati nos ignorare ea, sine quibus benè, & beatè uiuere non possumus: cum vel in minimis rebus nulli ynquam aut consilio, aut auxilio defuerit. Qui solus igitur nobis cœlestem gloriam impertit, ipse bonus, & immortalis Deus viam ducentem ad celum nobis suis verbis, sacris, inquam, scripturis aperit, neque enim Deum alibi loquentem audimus, quam in scripturis sacris, quæ

rum

sum verba sunt diuinæ voluntatis significatiōes. Quamobrem hoc die, quo Christum dicentem Iudeis audistis, eum, qui ex Deo est, verba Dei audire, ipsos vero Iudeos propere non audire, quoniam ex Deo non sunt, de sacra scriptura, quæ Dei sermones continet, loquemur; atque ejus, si benevolis, & attentis animis aderitis, dignitatem, veritatem, utilitatem, suavitatem, necessitatem explicabimus. Verum in primis hoc statuendum est, sacram scripturam Canonicis libris comprehendendi: vocari vero Canonicos, quia tradunt (nam Graece canon, Latinè regula dicitur) morum, & fidei normam; quam omnes firma mente, ac constante animo seruent. Qui vero libri sint habendi: Canonici iam in sacro sanctis Oecumenicis Conciliis sancitum est. Qui quidem Canonici libri, quibus rerum diuinarum scientiam Deus commendauit, vocantur scripturæ, & scriptura; scripturæ, quia plures sunt; scriptura, quia unam, & eandem doctrinam includunt; sacra vero, quia diuini numinis cultum & religionem docet. Atque etiam dicitur diuina; quia Dei munus est; ac nostros animos, & actiones ad eternam uitam, & gloriam informat. Nominatur præterea lex diuina, quia nobis, tanquam lex quædam, iubet quæ scienda, quæque agenda propter summam felicitatem sint. Nam Deus in omnibus scripturis sacris præcepta, siue leges dat, quæ nos ad veram religionem, & uitæ sanctitatem instituunt. Quarè tota sacra scriptura meritò lex diuina nuncupatur. Omitto dicere quod B. Paulus scripturam pro authore scripturæ, scilicet Deo, illic usurpauit, Prouidens autem scriptura dicit. Prima igitur sacre scripturæ commendatio ab authoris excellentia, & rerum, quas tractat, dignitate proficiuntur. Nam in Deo infinita rerum omnium

Gala. 3.

omnium cognitio; & cum summa potentia immensa bonitas est: cuius sapientia, atque scientia tota sacra scriptura, tanquam firmissimo fundamento, nicitur. Ne verò credas Deum ipsum in membranis calamo legem suam scripsisse, sed sanctos homines diuino nomine afflatos scriptis sermones diuinatos mandasse: per quorum scilicet ora Deus loquatus fuisse creditur. Vnde B. Petrus ait Spiritu sancto inspiratos loquutos fuisse omnes sanctos Dei homines, qui sacros libros scripserant, & B. Paulus omnem sacram scripturam diuinitus inspiratam esse confirmat. Idemq; Gentium doctor, sed genere Hebreos, scribit Hebreos, Multifariam, multisque modis olim Deus loquens parvib[us] in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio: ac postmodum loquutus est in Apostolis Christi: quorum sonus in omnem terram, & fines orbis terrarum exiuit. Sic igitur à nobis in scripturis facris mens diuina cognita est, & earum scriptores uiri sancti, & Deo chari fuerint: Neque solum ab authoris splendore, uerum etiam à rerum, quas tradit, amplitudine maximam sacra scriptura dignitatis suæ commendationem accipit. Nam quæ in scripturis sacris tractantur, ad diuini numinis cognitionem, & cultum omnia pertinent: quippe in quibus vel agitur de Deo, vel de his, quæ refertur ad Deum principium & finem omnium. Nihil autem est Deo maius, aut melius. Quare nostra Theologia tota & à Deo, & de Deo est: neque ea, quæ de Deo Sacra Scriptura memorat, omnibus aperta sunt, & humanis obuiis rationibus, sed sua dignitate, & amplitudine omnem humanam intelligentiam superant. Proinde ab Ecclesiastico monemur, ne altiora nobis humana ratione excedamus; sed, quæ nobis à Deo tradita sunt, ea semper

*2. Pet. 2.**2. Timo.**Hebr. 1.*

Cap. 3. per cogitemus. Scripsere! porrò Philosophi res multas de Deo: quarum doctrinam Metaphysicem vocarunt, quod illam post Physicem docerent: sed tantum res eas scripsere, quæ humana ratione comprehendendi potuerunt. Itaque illorum Theologia est quidem de Deo, sed non à Deo: ideoque incerta, & dubia, sœpe etiam vana, & mendax: siquidem omnis homo mendax; omnisq; doctrina humana multis obscuratur erroribus. Atq; hæc est altera Sacrae Scripturæ commendatio, quæ à doctrinæ veritate, & certitudine ducitur. Etenim Sacra Scriptura est maximè vera; quandoquidem sermo Dei: neq; mentiri, neq; fallere potest; quoniam est ipsamet veritas: sicut Christus ait Deo patri, Sermo tuus veritas, Est ergo Dei sermo non modo veritas, sed etiam veritatis, sui ipsius, inquam, testis: quippe qui manat à prima veritate, plenus omnis veritatis. Quamobrem in tot scripturis sacris nullæ sunt nondico sententiae, sed ne voces quidem inter se contrarie: cum in alijs doctrinis non solum uerba, sed etiam sententie pugnantes inter se plurime sint. Ob quam verborum, & sententiarum confusione in sacra scriptura est maximè firma & stabilis, ut quadratis lapidibus constructa dicatur. Nam quadrati figura firmitatem, & stabilitatem significat. Et ut maximè uera est sacra scriptura, sic etiam est maximè certa: quia nihil omnino habet dubitationis. Et quoniam necesse est unamquaque scientiam habere certa principia, è quibus sua dogmata conficiantur, etiam sacrae scripturæ certa & rata principia sunt, nempe articuli fidei, quibus tota rerum diuinarum doctrina nimitur. Debent autem cuiusque doctrinæ initia, uel ex se nota esse, uel pro ueris haberi: nam si dubia forent, semper insertum esset, quod ex illis duceretur.

duceretur. Et humanarum doctrinarum initia naturali lumine manifesta sunt; articuli fidei vero sacrae Theologiæ verissima principia, data, & enunciata à Deo, dumtaxat diuino lumine patescunt. Nec contra sacræ scripturæ fidem quicquam facit, quod quidam non probent articulos fidei, sed de eorum dubitent veritate. Nam (ut docent Philosophi) quædam sunt magis nota nobis, quorum videlicet scientiam accipimus à sensibus, à quibus ortum habet omnis nostra cognitio naturalis; quædam ex se magis nota sunt, quæ nimirum per se, suaque vi veriora sunt. Atque sacræ scripturæ principia vi sua nota sunt, quoniam ex se vera sunt: neque ullo modo nobis nota esse possunt, nisi nobis ab ipsomet Deo patefiant, & illustrantur; quia nullo sensu à nobis, nullaque animi cogitatione percipi possunt; quia sub nullam naturæ vim cadunt. Patefiunt autem in scripturis Sanctis, in quibus Deum loqui diximus, & illustrantur lumine fidei. Quare diuinæ fidei principia per se maximè nota sunt; quoniam quæ enunciantur à Deo, à quo omnis falsitas abest, per se verissima sunt. Atque ut Philosophus non disputat cum his, qui Philosophiæ principia respunnt, sic Theologus non differit cum his, qui articulos fidei rejiciunt: quos quidem articulos ipse nullis rationibus probare, sed diuina tātūm authoritate tueri potest. Dissoluit tamē aduersariorum rationes; & pugnat authoritate: cui, quoniam diuina est, maxima fides habenda est: ac vana, & mendax omnis scientia est, quæ huic diuinæ repugnat. Sapiēterq; Salomon inquit, Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei. Ergo si vna sciētia est alia præstantior nō solū quia dignior, sed etiā quia verior, & certior est, pfectò sacra scriptura, quæ cōscripta

M diuino

Sap. 13.

168 DOMINICA III.

ne diuinæ uirtutis, qua sola fiunt omnia miracula, sunt eadem: quod nimis ab eadem causa efficiantur. Contra uim, & morem naturæ est uirginem parere. quod mihi quidem miraculorum omnium maximum est. Non est igitur propriè miraculum, quod neque facultatem naturæ, nequod modum eius respicit, quāuis admirabile sit. Ergo mundi creatio, & impij hominis iustificatio propriè miracula non sunt, quia nullus est in his respectus naturæ, quāuis maximam habeant admirationem. Quid miraculum sit exposuimus; deinceps videndum est, cuius sit miracula facere. Est sanè eius, qui naturæ dominus est; qui omnia, quæ vult, facit, ac solo verbo quæ, quando, ac quomodo vult facit. Is porrò est Deus, qui omnium imperium tenet, à quo sunt, & reguntur omnia. Neque audiendi sunt, qui negant Deum aspectabilia miracula facere; quoniam ipse aspectabilis non est. Nam mundo nihil est maius; quem tamen ipse fecit aspectabilem: cuius artificium nemo est, qui illa cogitatione percipiat. Cæterum & Angeli, & sancti homines facere miracula, non tam enī vi sua, sed diuina, non imperando, sed nomine Domini inuocando. Christus vero, ut Deus, propria virtute miracula fecit, mari, ventis, morbis, morti, inferno, dæmonibus, totique cœlesti, ac terrestri naturæ autoritate diuina imperando. Sola enim diuinitas Christi fuit miraculorum efficiens causa: eius vero humanitas quasi quoddam instrumentum diuinitatis, non seiuinctum, sed coniunctum cum ipsa diuinitate, ob quam coniunctionē est omnia procreatarum rerum præstantissima, ac maximè efficax. Vnde quicquid à Deo patre Christus consulta ratione voluit, semper obtinuit.

Iohn. 14. Hoc ipse inquit Patri, Sciebam, quia semper me au-

dis.

dis. Nec verò miracula fruſtr à, & inutiliter fiunt, cùm indignum sit à Deo quic piam finē cauſa fieri, ſed vel ad celebrandam, vel ad probandam reſrum diuinarum fidem. Ob cuius approbationem contingit aliquando à malis hominibus, ſed fidem, aut aliquod inſigne fidei habentibus pro malis hominibus, vt etiam in fidem ipſi veram inducantur, Dei nomine miracula fieri. Idque patet ex illis Christi verbis, In illa die mihi dicent Domine, Domine, non ne in nomine tuo virtutes multas fecimus? Confirmatur etiam interdum aliqua doctrina miraculis, & alicuius pīj viri sanctitas, quem Deus ſibi charum vult à nobis diuinis honoribus affici. . Nec falſa doctrina, nec ficta ſanctitas eſſe potest, quam miracula comprobant: quia Deus, cuius nomine miracula fiunt, falſitatis & mendacij testis eſſe non potest. Neque infiſior à Dæmonibus, & à magicarum artium ſtudioſis Dæmonum ope quædam mira, & miraculis ſimiliūm fieri; ut cùm tonitrua ciente, & fulmina, ut cùm ſtatuis, aut cadaueribus sermonem, & ſaxis, rebusque immobilibus motum affingunt: ſed fāna, & vanæ eſſe ſatiſ ex his cōſtat, quod vel cauſam habent aliquam naturalem, vt ſonus, & ardor editus ex nubium conſlietu, qui Dæmonis opera fieri potest; cuius (ſicut aliās diximus) elementaris ſubiecta materia eſt, vel tantum veri ſpeciem habent, ut ſimulachrorum locutio; cùm in iſpis Dæmon loquatur, aut ſaxorum motus, non vi ſua, ſed Dæmonū virtute motorum. Quid, quod à miraculorū fine iſthac etiam abhorrent, cùm neque Dei gloriam, neq; hominum ſalutem respiciant, ſed tantum dolis fallacijs, præſtigijſ nixa, leuitatis, vanitatis, erroris improbissima ſint artificia? Iam cognita miraculorum natura, cognoscetis à Christo factam panis, & pi-

Matt. 7.

ſcis

scis multiplicationem esse miraculum. Nam accretio, quæ naturaliter fit, & est propriè, ac verè motus naturalis, fit ex recepto dissimili corpore, nempe cibo, intra crescentis corpus, & in illius substantiam conuerso. talis accretio in panis, ac piscis multiplicatione nulla omnino fuit. Quippe huiusmodi accretio est tantum corporum vitam habentiū: at panis, & piscis erant corpora vita carentia. Fit etiam accretio rei non viuentis non ex recepto intra ipsum cibo, sed ex adiecto extrinsecus simili corpore, ut cum ignis ex addito igne fit maior, & aqua ab influentibus imbris accrescit. At in hodierno conuiuio quinque tantum panes, & duo pisces appositi sunt. Ipsorum ergo multiplicationē miraculum fuit: quia tum omnem vim naturalem vicit, tum præter omnem vīstatum morem naturæ facta est. Quod miraculū omnium oculos, & animos in Christum conuertit; ac fateri coëgit ipsum esse Prophetam in lege, & Prophetis à Deo promissum ad saluandum populum suum. Quare hunc Prophetam vocarunt hoc nomine, Qui uenturus est. Fuit porro Christus, Auditores charissimi, Propheta, non qua Deus, sed qua homo, non qua comprehensor, sed qua uiator fuit. Nam Deo nuda sunt omnia: & ijs qui in Dei uultu habitant, quæ nobis obscura, & futura, clara, & præsentia sunt. Prophetæ vero per rerum imagines diuinis radijs illustratas res futuras prospiciunt: quandoquidem qui mortalis corporis clausi compagibus sunt, hoc pæcto rerū notitiā capiūt. Quapropter Christus, prout Deum videbat, non erat Propheta; nam aspectus diuinæ essentiæ tollit Prophetiæ rationem; sed prout res futuras per similes ipsarum imagines collustratas diuina luce cernebat. Ac certe quò quis clarius venientia prospicit, eò præstantior; & quò illa

illa melius explicat, eò excellentior Propheta est. Explicat autem melius, qui cœlesti splendore magis illuminatur: illuminatur autem magis, qui diuino afflato commotus mentem in Dei contemplationem magis intendit.

Prima igitur laus Prophetæ est, q[uod] diuinō splendore ad cognoscendas res occultas illuminatur: altera est, quod ea, quæ videt, alijs fideliter, syncretique pronunciat. Ideò enim occulta diuinitus patefiunt Prophetæ, ut alijs enunciet. Est enim prophetia diuinum donum in aliorum utilitatem alii cui gratis datum. Vnde etiam dicebatur Propheta, qui terum diuinorum scientia pollebat: & alios quæ scire, quæq[ue] agere deberet docebat. siquidem Prophetæ mītus erat tūti rerum diuinarū fidem informare, tūti actiones humana[s] instituere. Sed & maior alijs Prophetis habebatur, qui res admirabiliores faciebat: quibus suam Prophetiam, & prædicationem cōprobabat. At verò Iudæi Moysē omnibus Prophetis anteponunt, primò, quod Deum videt; quem nemo aliorum Prophetarum vedit, ex quo Prophetiam eius voluntapertam fuisse, aliorum obscuram: deinde, quia diuinam legem vniuerso populo promulgauit. postremò, quia miracula, quæ in Aegypto fecit, maxima fuitunt. Sed cum Christo, in quo (ut B. Pauli verbis vtamur) inhabitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, nullo modo conferendus est. Nam Christus semper Deum in mentis oculis habuit, sicut beati. Quanquam (ut diximus) hac ratione Propheta nō fuit, sed quatenus res venturas per similes formas illustratas luce diuina longè ante prospexit. Moyses verò diuinam essentiā non vidit eo modo, quo beati, sed raptim, & quasi per transennam strictitudinē aspexit: ob quem aspectum tamen ceteris anteponitur.

Colof.s.a.

nitur. Tum Christus nouum testamentum non*ti*
moris, sed amoris legem condidit, neq; vt famulus
& minister, sed vt dominus & rex omnium, omni-
bus populis & gentibus tulit. Postrem*à* miracula,
quæ fecit, & magnitudine, & multitudine om-
nium omnia miracula superarunt. Semper equi-
dem miracula miraculis annexuit, & alijs alia

Psal. 17. maiora, vt, quemadmodum scribit Dauid, co-
ruscationes multiplicarit, & conturbarit aspi-
cientes. Quæ Christi miracula si omnia scripta suis

Cap. 21. sent, totus mundus (vt B. Ioannes ait) capere non
posset. Merit*ò* igitur Christus à præstantia virtu-
tum omnium, quibus prophetæ commendantur,
prophetæ nomen commune tanquam proprium
obtinuit. Atque sic propheta fuit, vt fuerit etiam
dominus prophetarum, sicut & Angelus, & Ange-
lorum dominus fuit; sicut quo nullus est Angelus,
neque Propheta. Huius eximij prophetæ, & pro-
phetarum domini, Auditores charissimi, diuinam
virtutem, & ingentem erga hominem benevolentiam
in hodierni Euangelij lectione cognouisti.
Tantam erga Christi erga nos voluntatem, & salu-
tis nostræ curam, singulari studio amplectamur:
cuius virtuti, & auxilio confidentes, reliquum qua-
dragesimæ iter alaci & lato animo conficiemus.



Dominica V. Quadragesimæ.

C O N C I O

De Sacra Scriptura, seu verbo Dei.

SI rector huius universitatis Deus, Auditores charissimi, nostrorum corporum necessitatibus summa ratione prouidit, etiam nostrarum animarum sa-
cra scripturae luti mira sapientia consuluit: & qui hominem ad fruendum bonis celestibus crea-
uit, etiam viam ipsi manuivit, qua recto itinera
in illorum possessionem adiret. Hanc viam no-
bis sacra scriptura demonstrat; quæ quid sape-
re, quid agere pro celestium bonorum adeptione
debeamus, ostendit. Etenim si per nos ipsi hanc
ad æternam beatitudinem viam inuenire, & inire
possemus, nullis utique vaticinijs, nullis scripturis
sacris egeremus: Sed quia nobis occulta, & latens
est; quandoquidem illam beatitudinem nullo sen-
su, nullaque intelligentia capere possumus, ideo
nobis ipsam à Deo beatitudinis authore, & uerita-
tis magistro commostrari oportuit. Nec creden-
dum est beneficentissimum, & humani generis a-
mantissimum Deum pati nos ignorare ea, sine qui-
bus benè, & beatè uiuere non possumus: cum vel
in minimis rebus nulli uinquām aut consilio, aut
auxilio defuerit. Qui solus igitur nobis cœlestem
gloriam impertit, ipse bonus, & immortalis Deus
viam ducentem ad celum nobis suis verbis, sacris,
inquam, scripturis aperit, neque enim Deum alibi
loquentem audimus, quam in scripturis sacris, qua-
rum

sum verba sunt diuinæ voluntatis significatiōes, Quamobrem hoc die, quo Christum dicentem Iudeis audistis, eum, qui ex Deo est, verba Dei audire, ipsos vero Iudeos prætereà non audire, quoniam ex Deo non sunt, de sacra scriptura, quæ Dei sermones continet, loquemur: atque eius, si benevolis, & attentis animis aderitis, dignitatem, veritatem, utilitatem, suavitatem, necessitatem explicabimus. Verum in primis hoc statuendum est, ut etiam scripturam Canonicis libris comprehendendi: vocari vero Canonicos, quia tradunt (nam Graece canon, Latinè regula dicitur) morum, & fidei normam; quam omnes firma mente, ac constante animo seruent. Qui vero libri sint habendi: Canonici iam in sacro sanctis Oecumenicis Concilijs sancitum est. Qui quidem Canonici libri, quibus rerum diuinarum scientiam Deus commendauit, vocantur scripturæ, & scriptura; scripturæ, quia plures sunt; scriptura, quia unam, & eandem doctrinam includunt; sacra vero, quia diuini numinis cultum & religionem docet. Atque etiam dicitur diuina; quia Dei munus est; ac nostros animos, & actiones ad æternam uitam, & gloriam informat. Nominatur prætereà lex diuina, quia nobis, tanquam lex quædam, iubet quæ scienda, quæque aegida propter summam felicitatem sint. Nam Deus in omnibus scripturis sacris præcepta, siue leges dat, quæ nos ad veram religionem, & uitæ sanctitatem instituunt. Quarè tota sacra scriptura meritò lex diuina nuncupatur. Omitto dicere quod B. Paulus scripturam pro authore scripturæ, scilicet Deo, illic usurpauit, Prouidens autem scriptura dicit. Prima igitur sacre scripturæ commendatio ab authoris excellentia, & rerum, quas præstat, dignitate proficiuntur. Nam in Deo infinita rerum omnium

Gala. 3.

omnium cognitio; & cum summa potentia immensa bonitas est: cuius sapientia, atque scientia tota sacra scriptura, tanquam firmissimo fundamento, nicitur. Ne verò credas Deum ipsum in membranis calamo legem suam scripsisse, sed sanctos homines diuino numine afflatos scriptis sermones diuinitos mandaisse: per quorum scilicet ora Deus loquutus fuisse creditur. Vnde B. Petrus ait Spiritu Sancto inspiratos loquutos fuisse omnes sanctos Dei homines, qui sacros libros scripserant, & B. Paulus omnem sacram scripturam diuinitus inspirata esse confirmat. Idemq; Gentium doctor, sed genere Hebreos, sribit Hebreis, Multifariam, multisque modis olim Deus loquens paribus in prophetis, nouissime diebus istis loquitus est nobis in filiorac postmodū loquutus est in Apostolis Christi: quorum sonus in omnem terram, & fines orbis terrarum exiuit. Sic igitur à nobis in scripturis sacris mens diuina cognita est, & eorum scriptores uiri sancti, & Deo chari fuerunt: Neque solum ab authoris splendore, uerum etiam à rerum, quas tradidit, amplitudine maximam sacra scriptura dignitatis suæ commendationem accipit. Nam quæ in scripturis sacris tractantur, ad diuini numinis cognitionem, & cultum omnia pertinent: quippe in quibus vel agitur de Deo, vel de his, quæ referuntur ad Deum principium & finem omnium. Nihil autem est Deo maius, aut melius. Quare nostra Theologia tota & à Deo, & de Deo est: neque ea, quæ de Deo Sacra Scriptura memorat, omnibus aperta sunt, & humanis oculis rationibus, sed sua dignitate, & amplitudine omnem humanam intelligentiam superant. Proinde ab Ecclesiastico monemur, ne altiora nobis humana ratione exireamus; sed, quæ nobis à Deo tradita sunt, ea semper

2. Pet. 2.

2. Timo.

3.

Hebr. 1.

Cap. 3. per cogitemus. Scripsere igitur Philosophi res multas de Deo: quarum doctrinam Metaphysicem vocarunt, quod illam post Physicem docerent: sed tantum res eas scripsere, quae humana ratione comprehendendi potuerunt. Itaque illorum Theologia est quidem de Deo, sed non à Deo: ideoque incerta, & dubia, sive etiam vana, & mendax: siquidem omnis homo mendax; omnisq; doctrina humana multis obscuratur erroribus. Atq; hæc est altera Sacra Scripturæ commendatio, quæ à doctrina veritate, & certitudine ducitur. Etenim Sacra Scriptura est maximè vera; quandoquidem sermo Dei: neq; mentiri, neq; fallete potest; quoniam est ipsam veritas: sicut Christus ait Deo patri, Sermo tuus veritas, Est ergo Dei sermo non modo veritas, sed etiam veritatis, sui ipsius, inquam, testis: quippe qui manat à prima veritate, plenus omnis veritatis. Quamobrem in tot scripturis sacris nullæ sunt non dico sententiæ, sed ne voces quidem inter se contrariæ: cum in alijs doctrinis non solum uerba, sed etiam sententiæ pugnantes inter se plurimè sint. Ob quam verborum, & sententiarum consensionem sacra scriptura est maximè firma & stabilis, ut è quadratis lapidibus constructa dicatur. Nam quadrati figura firmitatem, & stabilitatem significat. Et ut maximè uera est sacra scriptura, sic etiam est maximè certa: quia nihil omnino habet dubitationis. Et quoniam necesse est unamquaque scientiam habere certa principia, è quibus sua dogmata conficiantur, etiam Sacra Scripturæ certa & rata principia sunt, nempe articuli fidei, quibus tota rerum diuinarum doctrina nimitur. Debent autem cuiusque doctrinæ initia, uel ex se nota esse, uel pro ueris haberi: nam si dubia forent, semper incertum esset, quod ex illis duceretur.

duceretur. Et humanarum doctrinarum initia naturali lumine manifesta sunt; articuli fidei vero sacræ Theologiæ verissima principia, data, & enunciata à Deo, dumtaxat diuino lumine patefcunt. Nec contra sacræ scripturæ fidem quicquām facit, quod quidam non probent articulos fidei, sed de eorum dubitent veritate. Nam (ut docent Philosophi) quædam sunt magis nota nobis, quorum videlicet scientiam accipimus à sensibus, à quibus ortum habet omnis nostra cognitio naturalis; quædam ex se magis nota sunt, quæ nimirūm per se, suaque vi veriora sunt. Atque sacræ scripturæ principia vi sua nota sunt, quoniam ex se vera sunt: neque ullo modo nobis nota esse possunt, nisi nobis ab ipsomet Deo patefiant, & illustrantur; quia nullo sensu à nobis, nullaque animi cogitatione percipi possunt; quia sub nullam naturæ vim cadunt. Patefiunt autem in scripturis Sanctis, in quibus Deum loqui diximus, & illustrantur lumine fidei. Quare diuinæ fidei principia per se maximè nota sunt; quoniam quæ enunciantur à Deo, à quo omnis falsitas abest, per se verissimæ sunt. Atque ut Philosophus non disputat cum his, qui Philosophiæ principia respuunt, sic Theologus non differit cum his, qui articulos fidei rejiciunt: quos quidem articulos ipse nullis rationibus probare, sed diuina tātūm authoritate tueri potest. Dissoluit tamē aduersariorum rationes; & pugnat authoritate: cui, quoniam diuina est, maxima fides habenda est: ac vana, & mendax omnis scientia est, quæ huic diuinæ repugnat. Sapiēterq; Salomon inquit, Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei. Ergo si vna sciētia est alia præstantior nō solū quia dignior, sed etiā quia verior, & certior est, pfectò sacra scriptura, quæ cōscripta

M diuino

Sap. 13.

divino afflatus est, & de Deo, ac de his, quæ ad Dei cultum & religionem pertinent, agit, quarumuis verum doctrinis non solum dignitate, sed etiam veritate, & certitudine plurimum antecellit. Quod si Theologia quandoque ad rerum, quas tractat, approbationem adhibet aliarum doctrinarum rationes, non illas ut antiquiora & potiora usurpar argumenta, sed veluti regina illarum, tanquam annularum, famulatu ad sui nominis splendorem, & amplitudinem utitur. Neque inficior rerum naturalium doctrinis ad diuinorum rerum scientiam philosophos quasi manu ductos fuisse: verum cognitio rerum diuinorum, quæ ex procreatarum rerum notatione acquiritur, modica, & dubia est; at, quam Dei fides in nostris mentibus parit, multa, & certa est; quia Dei doctrina est. Et noster quidem intellectus corporis tegumento contextus imbecilli acie sua non potest in res diuinatas penetra-re: quinimmo ipsarum maiestate, sicut oculus noctus Solis splendore perstringitur; sed diuina virtute recreetur, & cœlesti luce illustretur operet. Ac quoniam noster animus rerum diuinorum, quæ longè alijs antecellunt honore, perficitur contemplatione, ob id ipsarum rerum diuinorum quantumuis minimam cognitionem magis, quam aliarum rerum quantumuis maximam scienciam habere desiderat. Tertia scripturæ sacræ commendatio ab utilitate, quam affert, oritur. Quæ quidem utilitas recte explicari non poterit, ni prius intellexerimus, in quo doctrinarum genere collaudanda Theologia sit. Omnis porro doctrinæ vel sola rerum inspectione contenta est, vel scientiæ rationes ad componendas humanas actiones applicat: illud scientiæ genus Græcè θεωρία, Latine inspectiū, hoc Græcè παρατηρία, Latinè actiū appellant.

pellat. Omitto artes, quas vocat mechanicas: quae in factione positae sunt, ac solum corporis necessitatibus, & cōmodis seruiunt; pertinentque ad illud doctrinæ genus, quod græci ποιητική, nostri fastiuum nuncupant. In utroque hoc scientia gene-
re, s. inspectio, & actio, Sacram scripturam pones.
Nam & rerum diuinorum habet contemplationem, &
dat bene viuendi præcepta. Docet. n. esse Deum, &
vnum Deum, æternū, & immortalem, mundi crea-
torem, & moderatorē vniuersi, facientem omnia,
quaे vult, nulla re quicquā eius voluntati resisten-
tem: tu piorum, & impiorum habere rationem, ac
cuique pro meritis laudē, pēnamvē repēdere. Nec
non diuinæ essentiæ tres docet esse personas, patrē
filiū, & Spiritum sanctū, & filium ad saluandū ho-
minem assumpsisse naturā humanā. Mira quoq; de
diuinis mentibus, quas Angelo nominamus, per-
hibet: quę nullius vis ingenij potuisset vñquā attin-
gere. Quamobrē Sacra scriptura, quae primam, &
principē omniū causam verius exprimit, & diuina
rum rerū cognitionem planius exponit, & ad nu-
men diuinū omnia refert, non solum inspectiva,
sed etiā omniū inspectuarum doctrinarum domi-
na & regina est, ac iure maximo sapientia nomina-
tur. Dat insuper certa, & perfecta uitæ præcepta, &
documenta omnis sexus, omnis ætatis, omnis con-
ditionis hominibus conuenientia, non qualia Phi-
losophi scripserunt vel imperfecta, vel falsa: quia
perfectę virtutis formā ignorantes ab ultimo fine,
sive summo bono longius aberrarunt. Quinā obse-
cro libri philosophorū, aut quae literæ nos Deum in
Spiritu, & veritate colere, quod facit ad religionē,
aut ynicuique quod suū est tribuere, quod est opus
iustitiae, aut mala, & incōmoda propietate, & ha-
nestate p̄ferre, quod munus est fortitudinis, aut
fortiū, & temperantem esse, quæ bellū officium tem-

perantę, sicut sacra scripta sanctissimis, & optimis institutis erudint? Quę etiā dum res gestas, vt historię cōmemorant, non modò viuendi documenta nobis ante oculos ponunt, & virtutū, ac vitiorū quę sequamur, aut fugiamus, exempla; vt præclarè magnus ille Gregorius Pont. max. sacrā scripturam speculo similē esse dicat, in qua honesta, & turpia, sicut in speculo formosa, & deformia inspicimus; sed etiā diuina mysteria produnt, quibus sapientū animos exercent: cuiusmodi sunt rerū futurarum, quę in vetere testamēto, tanquā picturæ exprimuntur, figuræ: quas si dicendo persequi vellé, me dies deficeret. Atque hac re scriptura sacra maximè excellit, q̄ aperto verborū sensu, quem historicū, seu literalem appellat, tanquā cortice, mysticū, seu spiritualē sensum, tanquam suauissimū fructum, includit. Ideo qui sacrā scripturam verè non intelligit, acerbā vuam comedere dicitur. Ob quos literalem & spiritualē sensus dicitur liber scriptus intus, & foris; qui in dextera Dei est. Est ergo sacrā scripturā tam inspectuarum, quam actuarum doctrinarum omnium princeps, & domina; quando humanas omnes actiones ad veram felicitatem, quam specta re debemus, rectis rationibüs, & p̄ceptis instituit. Quapropter, si ordinare est munus sapientis, & illa dignior est doctrina, quę alias regit, certè sacrā scriptura, quę omnem doctrinam, & scientiā ad veri Dei cultū dirigit, maxima, & summa sapientia est. Deus .n. est omniū finis, qui etiam est omniū principium. Sed & ipsemet Deus sacram scripturam sapientiam vocat in Deuteronomio, vbi suis fidelibus inquit, hæc lex est ueltra sapientia coram omnibus populis. Sacrā scripturā vero appellari legem suprā diximus. Est ne diuino testimonio ullum maius, grauius, siccius? Ac quādō sacrā scriptura tū dei regulam designat, tum actionū normā prescribit,

bit, totū sanē hominē perficit. Nā rerū diuinarum cognitione mentē ornat, & rerum bonarum appetitione voluntatem afficit. Nec quia docet quæ fieri, & præcipit quæ agere debeamus, ideò non est vna scientia, & doctrina, siquidem ut Dei sciētia eadem est, qua se cognoscit, & qua extra se alia facit, sic sacra scriptura eadem est, quæ & cœlestia explicat, & humana cōponit, quanquam magis est in rerum diuinarum cognitione, quam in humanarum actionum institutione: quoniam plū de diuinis rebus, quam de humanis actionibus agit. Quādo igitur tota scriptura sacra diuinitus ad capessendā æternā salutem tradita est, ut B. Paulus scribit Timo. 2. *Tim. 3.* theo, Quoniā ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutē per fidem, quæ est in Christo Iesu, profecto nobis utilissima, & saluber-rima est. Etenim mentē nostrā ad perspiciendas res diuinas illuminat, velut inquit Dauid, Declaratio Ps. 118. sermonū tuorum illuminat, & intellecū dat paruu-lis; ac rursum, Lucerna pedibus meis verbū tuum; Ps. 118. & B. Petrus, Habetis propheticū, sermonem, cui be. 2. *Pet. 1.* nefacitis attendētes, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso: summi quoq; boni desiderio animū accēdit, ut rectè vocetur lex ignita: quam legimus in Deuteronomio in dextera Dei esse: atque in Hiero- Cap. 33. mia legimus Dei verba esse quasi ignē, & in psal- Cap. 23. mo 118. eloquiū Dei esse vehemēter ignitū. Vnde Lue. 24. mirū non est, qd̄ discipulis illis, quibus Christus in via, qd̄ ducebat in castellū, quod vocabatur Emmaus, post resurrectionē suā in specie peregrini apparuit cor ardens esset, dū Christus in itinere cū ipsis lo-quēretur; quoniā eius verba ignita erāt. Hinc sacra scriptura, quia est uerbū Dei verbū ignitū, assimila Esa. 6. tur calculo, qd̄ de altari forcipe capit. Cuius quidē forcipis duo sunt brachia, duo videlicet testamēta:

M 3 quibus

quibus diuinā concluduntur eloquia. Quapropter
 Sacra Scriptura, quæ ignorantia tenebras ex hu-
 manæ mentis oculis depellit, & prauis affectibus
 sap. 13. voluntatem purgat, mundare hominem dicitur.
 Id quod Christus de suo sermone discipulis suis di-
 xit, Iam vos mundi estis propter sermonem, quem
 loquitus sum vobis. Cuius sermonis virtutis figura
 fuit virtus aquæ Siloës, quæ languores morbos-
 que sanabat. Est etiam diuinus sermo Vitalis, quia
 præstat animæ vitam, dum eam vera cognoscere,
 & bona facit appetere. Sic Christus inquit, Ver-
 joan. 3. ba, quæ loquor vobis, spiritus & vita sunt. Atque
 etiam Sacra Scriptura scitè, quia nos veri cogni-
 tione, ac bonis desiderijs pascit, vocatur mensa, ut
 joan. 6. illuc. Fiat mensa eorum, id est, Sacra Scriptura, cuius
 nutrientis educati sunt. Itemq; sermones Dei pre-
 clarè nuncupantur panes, & escæ spiritus: quippe
 quibus animus pascitur, & diuinis montibus simili-
 lis fit. Itaque Sacra Scriptura dicitur cibus, pa-
 nis, inquam, & pulmentum: comediturque legen-
 do, audiendo, loquendo. Atque ut est cibus, sic
 etiam est potus, seu lac dulce, seu vinum lactificans
 cor hominis, siue aqua sapientiae salutaris. Vnde
 etiam, quia potamus de ipsa cœlestem, & saluta-
 rem sapientiam, iure viuentium aquarum fons no-
 minatur, & propter profunditatem puteus semper
 viuentis, & omnia videntis. Qui Sæcarum Scrit-
 pturarum puteus ita profundus, & iugis est, ut nul-
 lus ingeniu omnes ipsarum sensus penetrare po-
 tuerit; & semper est, quod in ipsis proficiat: quia
 semper noui sensus ex hoc puto hauriuntur. Tâta-
 in ipsis latet sapientia, tanquam thesaurus: quæ qui
 inuenit, in Dei amicitiam venit. Parit autem Sacra
 Scriptura multos, & nouos sensus propter immen-
 sap. reū, quæ continet, copiam, altitudinem, & ob-
 scuritatem,

scuritatem, quæ omnium ingenia semper exercent. Nec non dicitur regnum Dei, ut illic, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti frumentum: quia docet obedire, ac placere Deo. Et propter doctrinæ candorem assimilatur argento. Et B. Augustinus arcum Dei, quæ in Sacris Scripturis legimus, interpretatur Sacram Scripturam, & sagittas eius p̄cepta, quibus vitia coarguntur. Pulchritudinē igitur B. Paulus inquit, Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū in iustitia. Idemq; Doctor alibi inquit, Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarū spem habeamus. Quod autem sacris scriptis contra Dæmonū impetus, tanquam vallo, muniamur, & tanquam telis armemur alias diximus, cùm de Diaboli temptationibus concionem habuimus; ut superuacaneum sit de Sacra Scripturæ virtute contra Satanæ motus, atque conatus iterum dicere. Iam Sacra Scripturæ suauitas maxima est, ut nihil ea sit homini iucundius. Nam quæ secundum naturam fiunt, cum delectatione fiunt. consequitur enim conuenientem naturæ actionem voluptas: & nobiliorem actionem maior voluptas. Quare animū res diuinas contemplantē, quarum contemplatione alitur, maxima delectatio consequitur: quia veri contemplatio humanarum omnium actionum optima est. Si causarū cognitio delectat, profectò primæ omnium causæ cognitio maximè delectabit: Si que ex Historiarum lectione volupatem magnam alij capiunt, quod summorum virorum consilia, mentesq; perspiciant, nobis Sacrarum Scripturarum lectio non iucundissima erit; in quibus Dei virtutem, mentem, & voluntatem cognoscimus; & beati efficiunt? Praclarè

M 4 igitur

P. 118. **I**gitur Dauid, Quàm dulcia faucibus meis eloquia
 tua super mel ori meo. Et est sacræ scripturæ fru-
 ctus suauissimus, quia nullam affert satietatem: &
 quod magis gustatur, èd magis appetitur. Est postre
 mò sacra scriptura homini ad beatam vitam neces-
 saria: quia nostra felicitas à veri Dei cognitio-
 ne est, sicut Christus ait, Hæc est vita æterna, vt co-
 gnoscant te verum Deum. Atq; veri Dei cognitio-
 nem nō nisi ex sacra scriptura capessimus. At quan-
 do fidei regula nobis ex scripturis sacris nota est,
 nemo autem sine fide potest placere Deo, beatusq;
 est, qui placet Deo, certè ad placendum Deo sacræ
 scripturæ cognitio necessaria est. Quamobrē, A.C.
 nulla doctrina nobilior, verior, vtilior, iucundior,
 & ad benè beateq; viuendum est magis necessaria,
 quàm sacra scriptura. Hæc detrahit falsas opinio-
 nes, & inserit veras, nutrit lacte paruulos, & soli-
 do cibo sapientes, atque omnium mentes in admira-
 rationem traducit, ingenerat cœlestium bonorum
 desideria, soluit inutilium rerum curis, liberat soli-
 citudinibus, frenat malas voluptates, sedat turbidos
 affectus, tollit ægritudines, lauat à sordibus,
 lenit dolores, leuat labores, reprimit insolentiam,
 solatur in aduersis, retrahit è periculis, eripit è ma-
 lis, instituit optimis præceptis vitam, facit pium,
 vigilantem, sobrium, industrium, fortem, iustum;
 ac demum omnibus virtutibus animum ornat, &
 contra res omnes aduersas, hostilesq; conatus mu-
 nit, atque defendit. Continet autem (vt diximus) sa-
 cra scriptura duo testamenta, siue Dei cum homi-
 ne pacta, si diuina mandata seruauerit, vetus, & no-
 uum: quæ sanguinis aspersione confirmata sunt,
 illud vitulæ, hoc immaculati agni Christi. Q'a-
 re testamenta vocantur; quia morte interceden-
 te facta sunt rata. Vetus testamentum, quod
 Deum

Deum ostendit creatorem, & rectorem vniuersi ;
 promissiones habet terrestrium bonorum; nouum
 verò, in quo Deum agnoscimus redemptorem, æ-
 ternæq; gloriæ datorem, cœlestium donorū habet
 promissiones: sed illa sunt horum effictæ quædam
 imagines: Nam lex Vetus est figura nouæ legis, &
 hæc gloriæ cœlestis. Nā omnes sacræ scripturæ nos
 ad colendum Deum erudiunt : cuius cultu diuina
 benevolentia, & gloria comparatur. Et est quidem
 Christus, per quem ad Deum accedimus, & integratiam
 cum eo redimimus, tanquam subiecta materies
 vtriusq; testamenti, promissus Iudæis, datus Genti-
 bus quarè dicitur à B. Paulo heri, & hodie, vtrius-
 que testamenti principium, & finis, totius sacræ
 scripturæ &, & w. Ergo qui Christum ignorat, sa-
 cram scripturam ignorat: & ignarus est diuinæ vir-
 tutis, & sapientiæ, qui Christum nescit, quem B.
 Paulus ait esse Dei sapientiam, atque virtutem. Heb. 13
 Proinde Iudæi non audientes Christi verba, Deū
 non audiebant : siquidem Christi doctrina Dei do-
 ctrina erat vera, atque vitalis. Cuius doctrinæ ve-
 ritatem comprobabat integritas vitæ, & vtramque
 miracula. Quapropter Christus inquit Iudæis,
 Quis ex vobis arguet me de peccato? Si ueritatem
 dico vobis, quarè non creditis mihi? Qui ex Deo
 est, verba Dei audit, propterea vos nō auditis, quia
 ex Deo non etsis. Hic locus nos monet, ut, quando
 de verbo Dei, hoc est, sacra scriptura diximus, vo-
 bis explicem modum, quo Dei verba sunt audien-
 da: sed priùs de diuini verbi prædicatore pauca di-
 eamus. Ipse enim est, qui, tanquam bos aratro,
 Dei verbo ad recipiendam Christi fidem corda ho-
 minum findit; &, tanquam nubes, sapientiæ salu-
 taris imbrem effundit. Diuinorū verborū prædica-
 tio A. C. propria fuit Christi, qui à Deo patre mis-
 sus

Cor. 1.Iohann. 3.

ſus est in hunc mundum ad euangelizandum: quod deinde munus Apostolis à Christo mandatum est. Itaq; Apostolus nomen est dignitatis, præ-

2. Tim. 2. dicator officij. Sic B. Paulus se prædicatorem, & Apostolum vocat. Quarè præcipium munus Episcoporum, qui in Apostolorum locum successerūt, est suæ curæ commissis populis euangelium prædicare. Quod qui non facit, in populo maledicitur, vt is, qui frumenta abscondit Ergo ego vester Epi-

1. Cor. 9. scopus dicam cum B. Paulo, Veh mihi, si vobis nō

Pro. 11. euangelizauero. An erubescam euangelij, in quo

est Dei virtus, & sapientia? Sed neque hoc mune-

re est aliud vel dignius, uel utilius. Neque est quod

2. Tim. 1. ullius vultum timeam. non enim (ut B. Paulus ait) dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. An magnus est labor & at, quam mercedem exspectabo, si iners fuerō? aut quam reddam Domino villicationis meæ rationē? Sed, quę in diuini uerbi prædicatore postulant docti, & sancti homines, dicam, ut potiores probetis. In priuis vitæ probitatem requirunt: cuius opinio ad persuadendum plurimum ualeat. Quanam ego

Luc. 4. fronte, si opibus & pecunię studeam, uos ad terū terrenarum despicientiam adhortabor? Quis non

Act. 1. mihi iurè obiecerit, Medice cura te ipsum? Sunt

1. Cor. 9. quæ prædicamus nostris confirmanda exemplis, si

2. Tim. 1. ea persuadere alijs velimus. Sic coepit Iesus face-

1. Cor. 9. re, tum verò doceere. Cauendumque mihi est, ne,

2. Tim. 1. cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. De-

inde sacram doctrinam efflagitant, siue ut B. Paulus loquitur, formam sanctorum uerborum: ut non

modò non dicant mendacia, seu falsa doceant, sed

neque tractent quæstiones inanęs; quę nihil affe-

runt utilitatis, nihil ad animę salutem faciunt:

nec, quas tractant, obscuris, & dubijs argumentis

inuo-

inuoluāt; quibus audientium animi, dissidentibus
 inter se cogitationibus, vel a fidei via deflectant,
 vel in honorum operum studio retardentur. Vnde
 etiam in prædicatore prudens iudicium desiderat;
 quo personis, locis, temporibus seruiat. Prætereà
 poscunt bonam mentem, ut solam Dei laudem, &
 honorem, atque audientium utilitatem, & salutem,
 non lucrum, & inanem gloriam petant. Sed qui
 bonus, & pius est, non potest nisi bonam mentem
 habere. De his, qui quæstum sibi proponunt,
 dici potest, quod B. Paulus de falsis Apostolis di-
 xit, omnes querunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu *Phil. 3.*
Christi. Neque hoc à me quisquam ita dici puret,
 vt negem operarium esse dignum mercede sua,
 vele esse alligandum os boui trituranti, sed ne lu-
 cro ducantur. Aliud est enim quæstus gratia diuini
 num verbū prædicare, aliud ex prædicatione quod
 ad victum, & vestitum, eumque tenuem est ne-
 cessarium accipere. Ideò Christus ad prædican-
 dum Euangeliū pacis suos discipulos instruens,
 monuit, ut pedes sandalis calceatos haberent, hoc
 est, ut nullius terrenæ rei studio afficerentur, sed
 solam Dei, qui in celis est, laudem, & gloriæ quæ-
 rereht. Sunt enim sandala genus calcei, quod so-
 lea plantam pedis tegit ne terræ tactu inquietur,
 & nudam faciem relinquit, ut coelum inspectet.
 Nec minus reprehendendi sunt, qui popularem au-
 ram aucupantur, sibi, & alijs blandientes. quippe
 qui non Deo, sed hominibus, contrà ac Timotheo
 à B. Paulo præceptum est, laudabiles se præbere co-
 nantur. Quocirca, ut multitudinis levitatem qua-
 dam cum suavitate commoueant, & in vulgarium
 hominum sensus, qui indocti, & imperiti garrulæ
 prædicatores amant, dulciter illabantur, omnes,
 quos norunt (quoniam paucos norunt, totius
 bene-

*Mar. 6.**2. Tim. 2*

benedicendi artis, quam falso profitentur, ignorari)
flosculos orationis carpunt, & ineptas sententias
conglobant, & linguæ volubilitatem, ac vociferatione
ingentem inanum verborum sonum excitant, stulti; loquaces, & infantes. Recleque à sapiente
Salomone dictum est, ubi uerba sunt plurima,

Prov. 14 ibi frequenter egestas. Quid igitur mirum si sua
stulta, & garrula infantia nihil ad pietatem, &
virtutem proficiunt? Itaque Christi prædicator à Deo
donum intelligentiæ, quo diuinorum verborum
sententias percipiat, & diuini numinis afflatum
precetur, qui ad componenda utilia verba lingua
inforinet. Huiusmodi prædicatores in Ecclesia
sua Deus tanquam luminaria posuit. Sed quoniam
diuini uerbi prædicatio fructuosa non est, si
non sua Deus gratia mentes audientium afficiat;
neque enim qui plantat, neque qui rigat, inquit B.

1. Cor. 3 Paulus, est aliquid, sed, qui incrementū dat, Deus;
si quando prædicator cernet audientium animos
ex sua prædicatione, tanquam agrum ex cultura,
fructum afferre, Deo gratias agat, & habeat, quod
labores suos cassos esse noluerit. Dixi de diuini
verbi prædicatore, qualis esse debeat; mox dicam
de auditoribus: qui sermo ad vos pertinet. Primū
inducite in animum, dum diuini verbi prædicato-
rem auditis, vos Christum audire, cuius ille vicē,
ut diximus, gerit. Sic quantam adhibere debeatis
reuerentiam intelligetis. Tum attentis animis
audite, ne vestra culpa diuinum semen in terram
inutiliter excidat. Etenim B. Augustini summi
Theologi sententia magis peccat, qui diuinū ver-
bum, quam qui corpus Christi, quod in Euchari-
stia est, in terram cadere patitur; eo quod diuinum
verbū omnibus utilius & salutarius sit, quam Eu-
charistia. Nam verbum Dei possunt omnes audire
fideles,

fideles , & infideles ; Eucharistiam verò accipere non possunt, nisi fideles, iijque ætate adulti, & compotes sui, tum qui indignè Christi carnem manducat, & sanguinem bibit, vt B. Paulus ait, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini : at à diuini verbi prædicatione multi sape Christiani peccatores in rectam viam redeunt, & infideles ad Christi fidem ab impietate conuertuntur. Quòd si peccat, qui Dei verbum negligenter audit, non peccabit qui non audiet? Ad ludos, scenas, spectacula, miserum me, quis est, qui non sponte lubensque concurrat? ad audienda verba Dei quòd in templo conueniunt? Ergo theatra maiore, quam templa, Christianorum frequentia complebuntur? At non placet hic prædicator? cur? quia rudis, & insuavis. Dum formam habet sanorum verborum, in mansuetudine, sicut B. Iacobus monet, suscipienda sunt diuinitus insita verba. Virtus enim in Dei verbis est, non in vocis sono, & floribus orationis. An tu tibi illo doctior esse videris? Si te non docebit, at aliquo pio affectu commouebit. Si te lectio saeræ scripturæ mouet ad pietatem, multo magis prædictio mouebit. Auditum verbum debes memoria retinere, & saepè tecum animo versare, vt firmiter hæreat, & eius contemplatione melior fias. Animal, quod non ruminabat (est autem ruminare cogitare quoddam) in lege vetere habebatur immundus: huic similis est auditor, quem citò diuini verbi obliuio capit, non dissimilis ei, qui (vt ait B. Iacobus) in speculo vultum suum considerauit, & abiens figuræ suæ statim obliuiscitur. Nullo equidé pacto potest homo uel Dæmonum temptationibus patens, vel rerum terrenarum curis distentus, vel durum & saxeum cor habens, semen, hoc est, verbum

190 DOMINICA V.

bum Dei, vel capere, vel captum animo retinere. Ac certè cuius languens stomachus cibum non retinet, huius tenuis est valetudo: qui uero nihil cibi capit, huius omnino desperata est sanitas. Postremò debet verbum Dei, quod audis, custodire, si vis saluus esse. Non enim auditores legis, sed factores iustificantur: & beati Christus ait, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Custodiunt autem, qui ipso delectantur. Atque hoc quidem est inter cetera predestinationis signum, neque minimum, neque obscurum, neque Dei verba libenter audire: quoniam illis delectantur, qui libenter illa audiunt; & qui delectantur illa custodiunt, qui vero custodiunt, salui fiunt. Nolite hoc mihi credere, sed Christo dicenti, Qui ex Deo est, verba Dei audit. Nam ex verbi diuini auditu formatur fides, firmatur spes, augescit charitas, inferuntur virtutes, & via extirpantur. Cognoscitis A. C. viam, quæ in cœlum ducit: poscite frequenter magnis precibus diuini numinis lumen, & affstatum: qui vos per hanc viam in cœlestia in honore posse sessionem inducat.



DO-

DOMINICA PALMAE

TUM

CONCIO

*De vero Agno Paschali, ac sacra-
mento Eucharistiae.*



M N I V M dierum, Auditores charissimi, quos Christianorum cœtus festos agit, Paschales maximè solennes habentur: quippe in quibus à Christo Iesu singulari consilio, magna virtute præclarissimum redemptionis, & salutis nostræ perfectum est opus. Nam his diebus mortuus est, & resurrexit: cuius mors peccatorum nos vinculis soluit, atque è Daboli tyrannide eripuit: resurrectio vero peccatorum vinculis solutos cum Deo reconciliauit, & cœlestium, æternorumque bonorum participes effecit. Traditus est, inquit B. Paulus, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. His quoque diebus comparauit Eucharistie sacramentum, salutaris humano generi mortis suæ perpetuum monumentum, & religionis Christianæ sanctum, & salutare sacrificium. Quamobrem sapientissimi Ecclesiæ rectores hos dies, qui sunt à nobis religiosius præ cæteris colendi, maioribus, ac sanctioribus cærimonij consagravit: ac pontificio, & pietatis pleno iure sancserunt, ut his diebus Christi fideles puris & integris

Rom. 4.

gris mentibus Eucharistiam accipienteſ , qui noſ lent à piorum numero, & Christiana communitate ſeiungi . Etque dies hodiernus initium Paſchalis temporis : quo nimirū die Paſchalis Agnus in urbe magna cum pompa inducebatur, ac ſexto poſt die ſolemni religione Deo maximo Hebreorum liberatori ſacrificabatur. Eodem ſan- nè modo Christus verus agnus Paſchalis hoc die cum iſigni quadam magnificentiā in Hieruſalem omnium Iudaicarum principem urbiū in- gressus, ac deinde V I. feria pro totius generis hu- mani redemptione immolatus eſt : poſtridieque huius diei proſligato Diabolo, & deuicta morte ſurrexit ē mortuis. Quæ reſurrecțio cùm octo dies continuos auguſtissimè celebretur, tempus Paſchale xv. dierum ſpacium eſt . Sed forte ſcire vultis, Auditores chariſſimi, quid nomen Paſcha propriè ſignificet ; qua ratione Christus ſit verus Agnus Paſchalis ; cur Euchariftiæ ſacramentum immolationiſ ſuæ loco instituerit , demum à qui- bus, & quo pacto ſit ſacramentum hoc capiendū, vt pergratam animo utilitatem cùm mira délecta- tione percipient . Si nos attentè audietis, ferente nobis opem, & gratiam Deo, vestræ ſciendi hęc cu- piditati ſeruire conabimur. Paſchæ nomine vul- gus oīnneſ celeberrimum, & sanctiſſimum diem notari cenſet ; itaque non ſolūm Christi reſurrec- tionis diem , verūm etiam eius natale , & Epi- phaniam, & Pentecostem nominat Paſcha . Non eſt tamen, vt mox patebit, hęc nominis Paſchæ propria significatio . Quidam à verbo Græco πάσχειν, hoc eſt, pati, ductum existimantes , no- men Paſcha ſignificare paſſionem volunt . Ergo iſtorum ſententia Christi reſurrecționis dies mi- nimè contra eōm omnium ſenſum Paſcha dice- tur.

eur. Nonnullis placet esse compositum ex Græco & Hebraico nomen. quam compositionem ego quidem nullam agnosco. Ac certè neque Latinum, neque Græcum est nomen Pascha, sed merū Hebraicum, habens eandem, quam Phasæ, significationem. Phasæ autem transitum notat. Cuius verò transitus potissimum nota fit, indicat Exodi liber: in quo habemus, quod cum Deus Ægyptiorum regi Pharaoni sèpius per Moysen edixisset, ut populum Hebreum dimitteret, neque vñquam ille diuino mandato parere voluisse, tandem statuit Angelum in Ægyptum immittere; qui domos Ægyptiorum intraret, atque illorum cuncta primogenita interficeret: vt inopinata cæde perterriti sine villa mora protinus omnes Hebreos à se missos facerent. Ne verò diuinarum injuriarum vltor Angelus in hac occione cum Ægyptijs Hebreos implicaret, mandauit Moysi, vt vniuersis Hebreis iuberet vastationis nocte quemque postes, & superliminare ianuæ domus suæ linire sanguine Agni anniculi, sine macula: ne vastator Angelus in Agni sanguine illitas domos intraret, sed pertransiret intactus. ipse uero agnus esset eadē nocte totus assus ab ipsis cum azyinis panibus, & lactucis agrestibus comedendus. post quem come sum ex Ægypto, metu diuini numinis examinatis Ægyptijs, ipsi liberi euadrent; atque in terram, quam Abraham, & semini eius promiserat, per rubrum mare transirent. Videntis itaque duos transitus, alterum Angeli per domos Hebreorum, quas iniolatas reliquit; alteram Hebreorum ex Ægypto per mare rubrum in promissam terram: necnon Hebreos altero transitu à diuina ira, altero à grauissimo Pharaonis dominatu liberatos. Vtriusque transitum nomen Pascha designat. Cu-

N jus

ius beneficij memorie & retinendæ causa septem illi
 continuos dies singulis annis religiosissimè, at-
 que augustinissimè celebrabant: quos vocauere tum
 Paschales, tum azymorunti; quod his diebus panè
 sine fermento comedenter ipsum vero diem immo-
 lationis agni, cuius sanguine à diuina unctione
 protecti, & à durissimo Pharaonis imperio erexit
 sunt, Pascha nuncupauere; ipsumque agnū de Pal-
 schalem, & Pascha nominauere; sicut B. Paulus de
 Christo verè Agno Paschali inquit, Pascha nos-
 strum immolatus est Christus. Sed, qua ratione
 Christus fit Agnus Paschalis, posthac exponendū
 est. Legis ueteris sacrificia figuræ quadam immo-
 lationis Christi fuerunt; quam multis ante seculis
 Isaac immolatus designauerat: sed præ omnibus sa-
 crificijs agnus Paschalis immolandi Christi spe-
 ciem gessit; quod ut agni Paschalis immolatio He-
 braeos. & ab Angeli uastatione, & à Pharaonis ser-
 uitore uendicauit, sic mors Christi, quem Prophe-
 tæ, tanquam agnum mansuetum, portandum ad
 victimam prædixerunt, & à diuina ira, & à Diabo
 in dominatione credentes in ipsum aliquando uē-
 dicaret. Nec uero ullius sacrificij uis unquam ea
 fuit: ut pro peccatis satisfaceret, nisi unius Christi
 victimæ: quia solus Christi sanguis ob copulatam
 cum humana diuinam naturam virtutem habuit
 infinitam, vt solus pro peccatis satisfecerit. Ob id
 eius immolatio non iteratur: quoniam semel in a-
 ra crucis se ipsum Deo patri offerens peccatorum
 omnium veniaru omnibus à Deo patre obtinuit.
 Vetera sacrificia vero iterabantur, eà quod libera-
 re hominem culpis nequibant. Debet enim, quæ
 pro peccatis offertur hostia, vim infinitam habere,
 vt pro peccatis Deum placet: quia infinita, & im-
 mensa est, quæ peccatis laeditur, diuina maiestas:

Iam

Iam cur Christus Eucharistiae Sacramentum conficit, quod immolationis suae memoriam teneret, dicendum deinceps est. Quoniam, perfecto vero sacrificio, cetera, quae huius veri sacrificij figura quedam erant, esse desinebant, sicut adueniente lucce vmbrae esanescunt, ne Christiana religio, quam ipse fundabat, absque illo sacrificio esset, quandoquidem omnis religio, sicut alias dicemus, aliquo sacrificio continetur, postrema nocte, quae diem mortis antecessit, in nouissima oœna, quam cum suis discipulis sumpsit, post adesum Paschalem agnum nouum quoddam sacrificium comparauit; quod & immolationem suam referret, & celestem nobis gratiam conferret. Hoc est sacramentum Eucharistie: quod ideo est sacramentum, & quia gratiam confert, & quia dat passionis Christi recordationem. Atque hoc sacramento Christiana religio pura semper, & omni tempore integra, & incorrupta sequatur. De quo sacramento hac die verborum & factorum Christi predicatores ad populum Christianum pluribus agere consueuerunt, ut ad ipsum sacramentum pure, humiliter, & deuotè capiendum quisque mentem, & animum prepararet: nos etiam, quod tertio loco dicendum proposuimus, de ipso pro re, & tempore pauca dicemus; nempe quae sit eius materia, cuius sacræ rei sit signum, quis eius fructus sit. Materia huius sacramenti (nam in quoque sacramento materiam in primis spectare debemus) est panis, & vinum quorum Deo celum, terrasque tuentis oblatione, dum ex sola naturæ tege viueretur, mortalibus maximū sacrificium fuit: quæque Melchisedech rex Salem, Dei summi Sacerdos Abraham reuertenti ex cæde regum protulit. Atque ut agni Paschalis immolatio Christi mortem, sic Melchisedech panis, &

vinum tanquam figura quedam huius sacramenti materiam notauit. Verum in hoc sacramento panis in carnem Christi, & vini in sanguinem eius conceptis, prescriptisque ab ipso Christo verbis, in cuius persona Sacerdos illa profert, conuertitur. Quam verborum formam Evangelista leuiter quidem annotarunt; quibus propositum erat duntur taxat Christi vitam scribere atque eius res gestas breuiter, sincereque narrare; non autem sacramentorum institutionem docere: sed magistra veritatis & sanctitatis Ecclesia prescripsit, prout didicit ab Apostolis: qui eandem rationem sacramentorum, quam ipsis a Christo acceperant, colendam, & tenendam Ecclesiae tradiderunt. Nec vero haec panis in carnem Christi, & in eius sanguinem vini conuersio pacto ullo dicenda est naturalis. Nulla enim substantia naturaliter in aliam mutatur, non mutatis accidentibus: Siquidem accidentia componunt materiam ad recipiendam formam; receptamque formam in materia conseruant. Vnde priusquam una in aliam essentiam mutetur, necesse est commutari qualitates, & variari terminos quantitatis: cum omnis naturalis, & essentialis forma certas qualitates, & certos quantitatis terminos pro sua uirtute requirat. Itaque cum in ignem vertitur aqua, tunc humor cum siccitate, & cum calore frigus mutatur: & a calore attenuata latius quantitatis suę terminos extendit. Locum quoque naturalem vertit: quippe mundi locum inferiorem graue, superiorem vero leue occupat elementum. at in hoc sacramento, permanentibus ipsis panis & uini accidentibus, tantummodo mutatur substantia. Nec tamen dices eadem accidentia pani & carni, uinoque & sanguini esse communia. Neque enim illae substantię quicquam inter se differenter, qua-

quarum forent eadem accidentia; neque dum hoc elementum in illud mutatur, si qua remanet utriusque communis qualitas, ut, cum ex aere sit aqua, remanet humor, aut, cum ex terra sit ignis, remanet siccitas, remanet omnino eadem qualitas, sed pro essentiali cuiusque formae ratione uel intensior, uel remissior. Quamobrem Theologi ne mutationem aliquam naturalem hic factam censes, & remanere communia panis & carnis Christi accidentia, non conuersionem, sed transubstantiationem dicere maluerunt: quod sine villa qualitatum, & accidentium permutatione sola substantia diuinitus immutetur. Itaque color, odor, sapor, quantitatisque figura, que in hoc sacramento sunt, non sunt carnis, & sanguinis Christi, sed panis & vini species: que præter omnem naturam horum corporum artificis modum & rationem sine villa substantia, vel subiecto relictae sunt: & carnis, ac sanguinis Christi substantia nullis substans accidentibus, sine quibus nulla substantia naturalis consistere potest, non sub proprijs, sed sub panis, & vini accidentibus latet; ac tamdiu permanet, quamdiu panis, & vini species constant. Si quid igitur in hoc Sacramento frangi cernes, crede non carnis Christi substantiam frangi, sed quantitatem panis, que sine villa substantia remansit. Est enim sectio propria quantitatis: substantia vero ex se individualia est. Quando autem dividitur, ratione quantitatis, per quam est diffusa, dividitur. Proinde Christi caro, que in Eucharistia est, quia divisione omnem fugit, quia est quantitatis expers, tota sub tota sacrati panis quantitate est, atque etiam tota sub qualibet particula quantitatis eius. Hoc ipsum quoque de Christi sanguinis substantia dixeris. At vero cum Christi carnem dicimus, totum Christi cor

N 3 . pus

pus intelligi volumus, partem usurpantes pro totto; nec corpus definitum dimensionibus quantitatis, sed dumtaxat ipsam corpoream substantiam liberam, & solutam ab accidentibus, quare insensibilem. Nam substantia, per accidentia cadit sub sensum. Non igitur hæc Christi caro tractabilis, & aspectabilis est, ut caro, quam fūpsit de virgine. Et est hæc cato ahimata, non ergo exanguis: quando sine sanguine non residet in corpore anima. Non ergo sanguinem à carne separaueris, neque etiam carnem à sanguine: qui si separatus extra carnem esset, animatus non esset. Nos autem animatum esse predicamus. Non enim hic, ut in eius morte, sanguis est à carne secretus, quo tempore si quis panem, aut vinum consecrasset, sanguis extra corpus, & corpus exāgue fuisset. Proinde in panis benedictione carnē sanguis, & in vini benedictione sanguinem caro comes consequitur. Sed neque à Christi carne, & sanguine diuinitatem seianxeris: quæ quod semel assumpsit, nunquam dimisit: Itaque sub utraque specie panis, & vini totus Christus Deus; & homo est. O res maximè admirandas, quas nullum ingenium attingit? Atque in hoc excellens extat enim neque praestantia fidei: quia non modo sentum omnē uincit, verū etiam omnem intelligentiam superat. Sed quares, si cum carne sanguis, & coniuncta cum sanguine caro est, cur nō satis fuit horum alterum vel panem, vel vinum benedicti quando & Layci tantum benedictionis panem in huius sacramenti communicatione comedunt, non etiam sanguinem bibunt? Ita hæc dubitatio his duabus rationibus facile tollitur: Vna est, quod Christus utrumque benedixit, & benedici à suis Sacerdotibus iussit, ut ostenderet se non solum corpus, sed etiam animam assumpsisse, quod futuri

futuri essent homines peruersi, malè de ipsius humanitate sentientes, qui pertinaciter affirmare auderent Dei fidium corpus tantum, non etiam animam; cùm incarnatus est, accepisse: ipsumque corpus à diuinitate animatum fuisse: quæ vicem animæ gessit. Istorū damnata iam hæresis est: quia sic Dei filius homo non fuisset: cùm homo non solo corpore, sed corpore, simul & anima conficeret. Verum inquietus, qua ratione Christus conuertendo vinum in sanguinem ostendit se non tantum corporas, sed etiam animam accepisse? quia permulti naturales philosophi docent, & communis ferè sententia est, animam in corpore sedem non habere, nec consistere posse, si exangue fuerit. Altera cedula est; ut huius sacramenti vim, fructumque doceret. Omne etenim sacramentum est aspectabile, & corporeum quoddam signum rei sacrae non aspectabilis, diuina, in quaenam gratia; quæ sacrum hominem facit, & gratum Deo reddit. Namque rerum corporearum notis res non corporeas discimus. Rei autem sacre non corporeæ corporeum signum indicat in nostris animis hoc à diuina gratia fieri, quod a re corporea sit in corporibus: velut aqua in baptismo indicat id præstari animis a gratia, quæ per baptismi sacramentum confertur, quod ipsa corporibus abstensionem, & in confirmationis sacramento permisit oleum cum balsamo corroboracionem animæ contra tentationes cuim bono apud Deum, & homines odore monstrat, quippe balsamum odorem habet suauissimum, & oleum in lucta corporis artus, neruosque confirmat. Non aliter panis, & vinum, quæ sunt huius Sacramenti materia, spiralem animæ nutritionem, & hilaritatem notant. Nec uero anima minus est nutrienda, quam cor-

N 4 pus.

pus. Nutrimur autem cibo, & potu: conueniensque humano corpori, ac maximè omnium communis cibus est panis ex tritico, atque optimus potus est vinum ex vua, & utriusque panis, inquam, & vino

Ioan. 13 se Christus assimilat, cum & frumentum, & vitem

Ioan. 15 se nominat. Facit autem ad nutritionem potius ma-

ximè ob id, quia mansum, digestumque cibum, & in sanguinem conuersum per venas in omnes partes corporis defert, è quibus deinde venis pars quæque (ut uerbo Græco utar) homogenea, quæ scilicet particulas omnes inter se similes habet, ut caro, neruus, os, medulla, virtute animæ necessarium fibi sanguinem attrahit, attractumque in sui naturam essentiamque conuertit. Vnde totius corporis, quod ex pluribus homogeneis partibus constat, substantia, quæ ab insito calore consuimitur, reparatur, atque reficitur. Sed à me sciscitaberis, cum

Ecccl. 29 dicatur panis, & aqua esse vita hominis, cur non aquam benedixit Christus potius, quam vinum? quia vinum, non aqua hilaritatem animæ atque letitiam, quæ est alter huius sacramenti effectus, indicat. Vinum enim, non aqua lætitificat cor hominis.

& Christus per eximum Prophetam inquit, Calix meus inebrians quam præclarus est? Fas est quoque nobis aliam afferre huius rei causam, quod hoc Sacramentum est cognationis, ac confessionis Ecclesiasticæ signum; omnium, inquam, Dei fidelium inter se, & cum Christo coniunctionis. Ad quam de notandam Christus & panem tritici, & vuæ vinum benedixit: quandoquidem panis est multis tritici granis, & vinum est multis granis vuæ conficitur.

I. Cor. 10 Quocircà B. Paulus ait, Vnus panis, & vnum corpus omnes sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Neque abs re Dei Ecclesia corpori assimilatur, sicut etiam B. Paulus alio loco dixit,

Multi

Multi vnum corpus sumus. Nam vt corpus è mul-
 tis inter se cohærentibus membris, quæ reguntur
 ab vna anima, sic Ecclesia Dei è multis fidelibus
 constat inter se diuina fide, & charitate cōiunctio,
 qui ab uno Dei Spiritu gubernantur. Atque hu ius
 corporis caput est Christus, à quo in omnes Dei fi-
 deles diuinæ gratiæ, virtutesque velut è capite vir-
 tus omnis, ac sensus in cætera membra dimanat. In
 superque ad designandam hāc fidelium cum Chri-
 sto coniunctionem aqua & vino infunditur, modica
 ramen, vt conuertatur in vinum, quam qui non in-
 fundit Sacerdos, licet vinum sacrificet, non tamen
 fidelium, cum Christo designat coniunctionem:
 peccatque si scienter non infundit, quoniam Eccle-
 sia p̄ceptum contemnit, ac pro nihilo dicit.
 Sed & credendum est Christum, cùm calicē, quem
 biberent, discipulis porrexit, ob sobrietatem a-
 quam vino immiscuisse. Infunditur præterea vi-
 no aqua ad denotandam illam aquam, quæ è
 latere Christi pendens è cruce cum sanguine si-
 mul effluxit: aqua pertinet ad Baptismum, quo è
 sordibus abluimur; sanguis ad Eucharistiam, qua
 recreamur, atque reficiamur. Qui Christi sanguis
 non solum est nobis potus, verū etiam nostræ re-
 demptionis est pretium. Sunt igitur panis & vi-
 num, quibus mortales potissimè nutriuntur, huius
 sacramenti materia; denotantque duplē eius ef-
 fectum, scilicet animæ nutritionem, & hilaritatē.
 Ac porrò debet Sacerdos, dum sacrificat, utrumq.,
 panem, inquam, & vinum benedicere, vt sacrificiū
 absoluat, atque perficiat; & utrumque benedictum
 ore intra se sumere, quippe qui debet esse particeps
 sacrificij, quod facit: alioquin non solum Layci, ve-
 rum etiam Sacerdotes ipsi, dum hoc Sacramētum
 non conficiunt, pane in tantum in ejus communi-
 catione

catione participant. Id quod prudenter ab Ecclesia sancitum est propter effusionis sanguinis, dum poculum his, illisqne porrigitur, maximum, grauiissimumque periculum. Nec dolere debent, qui tantum de pane participant, quod non totū Christum accipient: quandoquidem sub vtraque panis, & vini specie (ut supra diximus) totus est Christus. Ideoque unum est Sacramentum, quia sub vtraque specie idem sumitur. Quamobrem hoc Sacramentum est signum unius corporis, & sanguinis Christi, tum spiritalis animae nutritionis, atque iucunditatis: quam iucundam nutritionem contra res aduersas firmitas, & incrementum diuinæ gratiæ consequuntur. Sed de huius Sacramenti nutritione pauca dicamus: quandoquidem non est corporis nutritioni omnino similis. Nam cibus corporis in substantia corporis, in quod per os intrat, conuertitur; atque ex easam à calore natuali substantiam sua conuersione reparat. Est enim nutritio deperditæ substanciali reparatio, quæ reparatio fit conuerso in viuentis substantiam cibo. Vnde nutritio est generatio quædam, non quidem per se consistens (sicutem simplex generatio foret) sed in alio existens. nam si ex pane fieret caro, & caro illa per se existeret, esset tantum generatio carnis, & interitus panis; sed quoniam est in alia carne, reparans deperditam ab insito calore substantiam illius carnis, ideo nutritio est in alio corpore existens generatio quædam. Dum vero Christi corpus comedimus, non Christus in nos, sed nos in Christum spiritali quadam mutatione conuertimur, & Christo similes efficiemus: manemusq; in Christo, & Christus in nobis. Hoc enim Christus ait,

Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: quia unus cum Christo

Christo spiritus sit. Ex quo etiam perspicuum sit, quod, quia omnes quotquot Christi corpus sumimus, si tamen, ut par est, sumimus, in Christo manemus, & Christus in nobis, omnes unum cum Christo corpus sumus, distincti quidem varijs munieribus, sed uno diuinæ charitatis vinculo deuincti. quo qui obstricti non sunt, ab hoc corpore diuulsii, & ab Ecclesiastica confociatione separati sunt: vocanturque excommunicati, hoc est, extra diuinorum beneficiorum communionem positi, quod nullam diuinam gratiam, quam per humanitatem Christi nobis Deus optimus impertitur, participent. Est quippe duplex excommunicatione, altera interior per mortiferum peccatum, quod nos a Dei benevolentia diuellit: altera exterior, quæ a Pontifice maximo, vel ab habente potestatem ab eo iustis de causis sit. Iam Christi caro, quia verè animam pascit, ac reficit, eiusque desideria satiat, neque unquam contumitur, verè est cibus, idemque suauissimus, habens omnē delectamentum, atque iucunditatem: qui multis modis hilarat animam, & amplificat, dum ipsam pluribus virtutibus, & donis coelestibus exornat; perinde ut è nutritione corpus augetur, cum plus accedit substantia, quam deperditur. Quocircà panis benedictionis vocatur, non solum quia per Dei benedictionem consecratur, verùm etiam quia per hunc panem magna sit ad coelestem gratiam accessio. Cuius accessionis tempus est, dum hic viuitur: nam in cœlo perfectus erit spiritalis vitæ status; quem nulla diminutio sequetur; quia semper idem erit. Ex spiritali nutritione, & accretione maiores & firmiores vires anima contra res omnes aduersas, omnemque conatum hostilem acquirit: atq; ut imbecillitas corporis à firmiore valetudine depellitur, sic peccata venialia

nalia huius Sacramenti virtute delentur. Sed nō mina , quæ ex diuersis effectis hoc Sacramentum inuenit; accipite. Primum, quia fons omnis diuinæ gratiæ Christus in hoc Sacramento est, Eucharistia Græcè, Latinè bona gratia dicitur. Concipiūt quidem reliqua sacramenta diuinam gratiam, quæ qualitas quædam est animam exornans , Deoque commendans ; at hoc sacramentum omnium diuinorum donorum fontem ipsum, & originem continet. Proinde Christus in alijs sacramētis per gratiam nos sibi conciliat; in hoc per se ipsum , naturalisque suam consociat . Quare hoc omnium sacramentorum maximum , & præstantissimum est. Vnde ob præstantiam absolute Sacramento nominatur. Licetque Baptismus Sacramento sit necessitate omnium primum; sine quo videlicet saluari nemo potest, neque alia Sacra menta capere; tamen Eucharistia ratione diuinitatis, quæ in ipsa continetur, dignitate omnibus antecellit.. Vocatur præterea Sacramento altaris, quia super altare conficitur. Dicitur quoque ratione passionis Christi sacrificiū; quia Christū Deo patrī immolatū, verūque sacrificiū nobis ante oculos pōnit. Et quia passionem Christi nobis in mentem reuocat, passionis Christi monumentum appellatur. Nuncupatur insuper hostia ; quia in ipso est Christus viuens , ac Deo placens , & humano generi salutaris hostia . Panis verò dicitur non solum, quia in pane fit, verū etiam quia mentem nutrit: ac quia cœlitus datur, & omnem cœlestem gratiam habet, panis cœli, panis Angelorum, panis omne delectamentum habens vocatur : nec non panis quotidianus ; quia quotidie spiritualiter à fidelibus accipitur. Cur verò dicatur panis benedictionis, suprà explicimus; nimirūm, quia per benedictionem consecratur , & gratiam

gratiam auget. Huius panis figura fuit non solùm panis à Melchisedech Abrahæ oblatus, verùm etiā panis subcineritius, qui Christum assūm in cruce designat; ab Angelo Heliaë sub iunipero ex labore itineris quiescenti datus: in cuius fortitudine vsq; in montem Dei Horeb ambulauit. Figura quoque huius panis fuit manna, quod Iudæis trāsmisso manitu rubro, facientibus in promissam à Deo terram iter in deserto loco pluit: quanquām manna erat satietas & fastidium; hic panis nullam satietatem nullumque fastidium affert: manna corrumpebatur; hic panis nunquām corruptitur: manducantes manna moriebantur; manducantes hunc panē viuunt in æternum. Et quia datur infirmis ex hac vita migrantibus nominatur viaticum; quoniam illos in via recreat reficitque. Ad hæc vocatur cōmunio, quoniam omnes eandem escam participat: & quoniam omnes, qui de hoc pane participant, vnum corpus sunt cum Christo, & inter se coniuncti eodem nexu charitatis, nuncupatur vnitatis Ecclesiasticæ mysterium. Ex hoc insuper huius Sacramenti excellentem præstantiam coniunctionem, quicet omnia Sacraenta comparata sint à Christo, tamen hoc vnum legimus administratum à Christo: quippe in quo magis suum erga nos indicaret amorem. Nam illatus in coelum, & in paterno solio locatus corpus, quod de B. Virgine sumpserat, ut etiam corporali præsentia nobiscum esset, in hoc Sacramento seipsum reliquit: in quo item nostræ animæ cibus, & potus esse voluit, qui in cruce pretium, & redemptio fuit, ut in ipso nos maneremus, & ipse in nobis. Qua charitate nulla dici, aut cogitari potest maior. Atque ut tanti beneficij memoria in suorum discipulorum animis firmior persistet, in postrema coena, cùm illi ab ipsis

ipſis discedendum erat, ipsum Sacramentum conſecrit: ſi quidem nouiffima, & quæ admifationem quandā habent, in memoria firmius imprimuntur. Reliquum eſt, Auditores chariſſimi, vt à quibus, & quomodo Sacramentum hoc accipiendo fit, vt proſit, breuiter explicemus. In primis hoc Sacramentum non eſt dandum, niſi fonte baptismatis ablutis; perinde vt manna de cœlo Iudeiſ non pluit, niſi poſt transmiſſum mare rubrum; in quo;

2. Co. 10

B. Pauli ſententia ſigno quodam baptizati ſunt. Eſt enim baptismus Sacramentum fidei reliquorum Sacmentorū ianua, ſine quo reliqua Sacra menta nulla ſunt. Idemque eſt hoc Sacramentum in fidibus dare, quod Angelorum panem canibus projicere. Recte itaque B. Paulus ait nos altare habere, de quo edere potestatem non habent illi ipſi. Iudei, qui tabernaculo deseruiunt. Vnde ad hanc coenam multi, non vt ad baptismum omnes, in uitantur: quoniā ad fidem omnes, ad Euchariftiam uerò dumtaxat fideles uocantur. Nec dandum eſt hoc Sacramentum omnibus fidelibus, ſed tantum adultis ætate, qui rationis uſum habeant, ut deuotè ipſum accipiant. Deuotè autem accipere non potest, qui nullum habet uſum rationis, vt quam rem accipiat intelligat: qui Dei bonitatem, atque diuicias contemplans, & ſuam egestatem atque imbecillitatem ſpectans, uoluntatem ſuam diuino cului mancipet. Is enim eſt deuotus, qui diuino famulatuſe totum dicat. Eandemque ob causam non eſt infantibus dandum. Sed & ante omnem cibum honoris ergo capiēdum eſt, vt ab alijs cibis diſcernatur, & ante meridiem capiēdū, curis per ſomnū animo vacuo, ac ſecum cōfidente, ſed eiſ à ſobrietate turbidis affectionibus, quæ diuina rum rerum contemplationem iatetruſumpunt, & omnem

omnem pietatis ardorem extinguunt. Nec si Christus hunc celestem cibum post cenam suis discipulis edendum porrexit, ideo à ieunis sumedus non est. Nam Christus post comedum agnum Paschalem, qui erat suæ passionis figura, priusquam mortem, quæ veteris legis Sacra menta, & sacrificia terminabat, obiret, hoc Sacramentum paravit, &, ut quotidie immolationis suæ vice à suis sacerdotibus fieret, præcepit: sed tempus, & modum, quo à fidelibus Christi capiendum esset, Ecclesia prescripsit, ita ut ipsi traditum ab Apostolis est: qui sic omnia tradiderunt, ut à Christo acceperant. Quorum disciplinam qui contemnit, diuinas institutiones contemnit, puniendus pena, qua leudentes diuinam maiestatem afficiuntur. Ceterum qui nutriti hoc cibo vult, debet cum doctrina Christi, moribusq; congruere; sicut necesse est cibum, qui in viuentis corporis, in quod intrat, substantiam couertendus est, aliquam habere cum eo convenientiam. At quæ luci cum tenebris? aut quæ humilitati cum superbia, & temperantia cum luxuria cognatio est, atque societas? Et, ut corpus mortuum nullo cibo nutritur, sic anima carens diuina gratia nullam capit ex hoc celesti cibo nutritionem. Non potestis, A.C. ut recte B. Paulus monet, mensæ Domini paricipes esse, & Daemoniorum. Sed, ut nobis celestis hic cibus salubris sit, atque suavis, quæ Iudæi comedendo agno Paschali corporis, & habitus conformatio ne seruabant, eadem nos hoc cibo capiendo animi compositione, & ornatu tenebimus. Illi calceati Jumbos accincti, stantes, baculum tenentes, festivantes, cum lacteis agrestibus, & azymis panibus, simul agnum Paschalem totum assūm comedebant: non aliter nos affectus animi, qui perdes quidem sunt, quibus animus ad hanc, illam xtem

1. Co. 10

rem sese applicat, diuinis mādatis addictos, & con-
 secratos habentes, libidinis, quæ in lumbis, tanquā
 in sua sede, est, motus refrenantes, censentesq; nos
 in hoc mundo peregrinos & aduenas esse, articu-
 lis fidei adnixi, non in harum terrenarum rerum
 cutis immorantes, sed exequi diuina mandata so-
 liciti, cum omnium peccatorum, que commisimus,
 dolore, cum cordis puritate & integritate totam
 spem in Christo vero Deo, & homine ponentes,
 eiusque diuinitatem, & humanitatem prædicātes,
 simul cum alijs eodem pietatis, & charitatis vincu-
 lo constrictis hoc Sacramentum accipiemus. Nam
 qui diuinis mandatis sese non addixerunt, nullo
 cum sensu ad hoc Sacramentum accedunt; nec li-
 bidinosi & intemperantes ullam huius cibi dulce-
 dinem sentiunt: nec qui occupatum in his rebus
 terrenis animum habent, ullum ex hoc pastu fru-
 ctum accipiunt; & qui de huius Sacramenti veri-
 tate, & virtute dubitant, in infidelitatis errores in-
 cidunt; & qui negligentes ad exequenda diuina
 præcepta sunt, nullū in via Christiana progressum
 faciunt; quique de commissis peccatis non dolent,
 non sibi Dei gratiam conciliant, sed diuinam of-
 fensam incurruunt; abhorreturque à Deo impu-
 rius; & qui non sperat in Christo, infirmus est, via
 citurq; facile a Diabolo, & hæreticus est, qui eius
 uel diuinitatem, vel humanitatem negat, hoc quip-
 pe est os eius confringere, postremq; qui, non te-
 nens cum alijs pacem, hoc Sacramentum Ecclesia-
 sticæ vnitatis capit, non pro se, ut B. Augustinus
 ait, sed contra se capit. Hæc unitas, siue charitas
Mat. 22 est ueltis illa nuptrialis: quam qui non habet, è ce-
 lesti conuiuio ejicitur. Emundantes itaque con-
 scientias nostras poenitentiaz Sacramento ab ope-
 zibus prauis, deponētesque omnē iram, & odium,
 induentes

induentes charitatem, & mansuetudinem, prætermittentes voluptates, cohibentes libidinem, remouentes rerum terrenarum curas, & de diuinis mandatis cogitationes suscipientes, Dæmonum tentationes, & iacula scuto fidei retundentes, soli Deo placere studentes, cum corde puro, mente humili, animo deuoto ad hoc Sacramentum accedamus; quod nostram animam nutrit, recreat, hilarat, auget, roborat, confirmat, sustinet, tuetur atque conservat. Ac velim intelligatis, Auditores charissimi, quosdam Sacramentum solum accipere, non etiam ipsius gratiam, quæ est res Sacramenti, spiritalem, inquam animæ nutritionem. Ij sunt, qui Sacramétum impurè, & tetrè accipiunt. quosdam gratiam solam, non etiam Sacramentum accipere, nimirūm eos, qui manent in Christo, mēbra Christi, partes mystici corporis Ecclesiaz. Itis enim cœlestis gratia per hoc Sacramentum quotidie communicatur, quod in Ecclesia quotidie fit. Atq; hic est panis, quein à Deo patre nostro quotidie nobis dari postulamus. Proinde licet hoc Sacramentum non sumamus, tamen ita compositi, & parati esse debemus, ut Sacramenti gratiā recipere apti simus. Qui verò pura, & humili mente Sacramétum hoc accipiunt, hi & Sacramentum, & Sacramenti gratiam accipiunt. Quamobrem cum B. Paulo vos moneo, ut se quisque probet: sicque de pane hoc edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Domini. Vnde legimus in Iudam Christi proditorem Satanam intrasse statim post acceptam bucellam, quam illi Christus porrexit. Ideoque imbecilles, & infirmi sumus, atque etiam dormimus; quia minùs dignè mandu-

O camus

Mat. 5.

1. Co. 11.

Iean. 13.

1. Co. 11.

210. DOM. PALMARVM.

camus hunc cibum, impuri, atque scelesti, semper in peccatorum folidibus & coeno, tanquam immundæ sues, prouoluti. Ac quidem dignè manducantis, & bibentis signa sunt animi recreatio, & hilaritas, puritas, & firmitas., gratiæ incrementum, & coelestium donorum amplificatio. Ac, quando diuina gratia est quodam coelestis gloriæ pignus, qui diuinæ gratiæ datorem, & auctoritatem intra se tanquam obfidem recipiet, is quoque certam æternæ gloriæ spem & fiduciam habebit.



DIE

DIE PASSIONIS D. N. Iesu Christi.

C O N C I O I

De humani generis redemptione.

PASSIONIS Domini Nostri Iesu Christi, Auditores charissimi, memoria, cuius hunc diem anniuersarium Ecclesia pietatis & religionis officijs colit, ingentem parit in nostris animis & de eius morte dolorem, & de nostra redemptione letitiam. Quis enim Christi vicem, si quid ipsum diligit, non doleat, quod maximis affectus ignominij, ac grauissimis confessus cruciatibus, pro nobis male de ipso meritis perierit? aut quis durissimum seruitutis iugum, quod in harum tenebrarum principis dominatione ferebat, è suis ceruicibus deiectum sentiens, non ingente gaudio efferatur? Ac sanè Christus tot, tantisque exagitatus est maledictis, vexatus conuicijs, appetitus tormentis, ut mors eius à Sacrarum rerum scriptoribus appellata passio sit: cuius sanè contemplatio magnum in homine Christiano erga Christū pietatis, & charitatis studium excitat. Sed quoniam tempus non patitur me mortis Christi acerbitatē, & redemptionis nostrae modum vna oratione complecti, proposui dumtaxat de nostra redemptione dicere: cuius ratio Iudeorum infirmam mentem coarguet, ac stultam Græcorum sapientiam cōuincet, nosque fortes in Christi fide, scientesque diuinorum

O 2 norum

212 DIE PASS. CHRISTI

nōrum mysteriorum efficiet. Multa; & ingēntia sunt, Auditores charissimi, tributa homini à Deo beneficia, sed omnium maximum est è Diaboli seruitute redemptio, quæ & benevolentia studio, & operis magnitudine cetera facile vincit. Nam ꝑ Deus hominem creauit, beneficium est; quodque super omnia manuum suarum opera constituerit, maius beneficium est; quod verò inobedientia culpa perditum, ipse factus homo saluauerit, profecto maximum omniū beneficium est. Quid enim ipsum naturæ nobilitas iuuisset, si suo scelere auersus à Deo, electus è Paradiso, spoliatus cœlestibus ornamenti, orbatus diuino lumine, vincitus nexibus peccatorum, in innumeris calamitatibus, & querumnis sub Dæmonis libidinem tyrannidemque subiectus, miserrimam seruitutem in perpetuum percessus fuisset? At rationem, quam Deus iniuit, ut hominem pro sua benignitate, sine vlla diuina iustitiae diminutione saluaret, quæfo, attentis animis intueamini: cernetis humanæ redemptioñis mysterium plenum esse charitatis, plenum consilij, plenum iustitiae, atque virtutis. In primis statuendum est id, quod non solùm huius disputationis, verùm etiam totius nostræ religionis est fundamen tum, nempe humani generis parétem Adam, quia vetitum à Deo pomum rogatu coniugis, suauis Dæmonis comedit, priuatum gratuitis donis, diminutum naturalibus, expulsum è Paradiso voluptatis, traditum in Diaboli, à quo victus est, potestatem, vna cum suis posteris in utramque mortem animaliæ, scilicet, ac corporis incidisse: qui alioquin, si diuinis præceptis obtemperasset, singulari Dei beneficio beatam vitam in omne tempus egisset. Quare hominem, qui diuinum iussum contemnes Deo, cuius maiestatem violauerat, infensus, & Diabolus

boli seruus effectus fuerat, vt libertatem suam , dignitatemque recuperaret , oportebat & à Dæmonis seruitute redimi , & in Dei gratiam restitui . Sed nullum ipse pretium habebat , quo se redimeret , nec facultatem ullam , qua se Deo reconciliaret . Itaque alienus à Deo in Dæmonis grauissimo dominatu semper à se ipso fuisset . Verum Dei filius ut hominem , quem , vtpote sibi similem , cuiusque gratia cuncta creata fuerant , mirificè diligebat , è manu Dæmonis eriperet , atque in Dei patris benevolentiam reduceret , humanam carnem assumpsit , & in cruce mori pro homine voluit : pro cuius pecato satisfaciens (satisfecit autem peccati poenam suo corpore luens) ipsum proprio , ac pretiosissimo sanguine è Diaboli potestate redemit , & in Dei patris gratiam restituit , & in cœlorum regnum ei adiutum aperuit . Sic igitur hominum genus parentis scelere perditum Dei filij morte saluatum est : qua à peccato , à poena , à Diabolo liberati , & in cœlestem patriam reuocati sumus . Quamobrem Ecclesia redemptionis nostræ memoriam cùm singulis diebus in sacrificio Missæ , tum his potissimè colit : quibus neci Christus pro peccatis nostris traditus est . Et in gentes gratias redemptori nostro dies , ac noctes agere , atque habere debemus , cùm referre nullam possimus ; ne in eum , qui nos saluavit , ingrati videamur . quo in vitio nihil mali non est . Sed exorietur aliquis ex illa vetere Synagoga Iudæus , qui Messiam in lege promissum ad liberados ab omni seruitute Iudæos cum magna potētia venturum afferens , nobis imbecillitatem , & humilitatem Christi obijciat : vt humanum genus saluare non potuerit , qui saluum facere , se ipsum non potuit . At quisquis duos aduentus Messiae distinguet , alterum , quo ad saluandos nos venit , humiliem ,

O 3 & ob-

214 DIE PASS. CHRISTI

& obscurum, alterum clarum, atque potētem, quō tandem aliquando ad iudicandos omnes homines veniet, nullo modo Christi humilitatem, imbecilitatemque despiciet; quin potius admirabitur, q̄ qui maximè impotens videbatur, eas vires habuerit, quibus mortem, simul ac Diabolum, Inferūq; confregerit. Verū quo pacto Diabolus vīctus fit, Auditores chārissimi quæso, diligenter aduertite. Cernens Diabolus Christum sapientissimis doctrinæ p̄ceptis, & sanctissimis vitæ, ac morum documentis ad viui, & veri Dei cultum multos homines ab ignorantia veritatis, & animi prauitate convertit, inuidus diuinæ gloriæ, malevolus integerim, atque innocentissimo homini, qui nullum

1. Pet. 5. vnquam peccatum fecerat, neque vnquam vllus dolus inuētus in eius ore fuerat, timens ne regnū, quod in terris habebat, aliquando amitteret, nefarios homines in eius necem varijs modis nefariè concitauit. Vnde Christus propter iustitiam, veramque religionem, vinculis verberibus, cruce excruciatuſ, miserandum in modum necatus est.

Quare Diabolus sua vīctus iniquitate, ac superratus Christi patientia, & probitate, iustè regno spoliatus est, quod dolo perperam occupauerat: nosque ē Diaboli seruitute à Christo liberati sumus; in quo princeps mundi nihil, quod reprehenderet, inuenit. Etsi enim homo iustè imperio Dæmonis tenebatur, quia peccando se illius potestati subiecerat; tamen Dæmon iniustè hominem detinebat, quia fraude ipsum deceperat. Huius Christi de Diabolo vīctoriæ imago fuit illa, quam

1. Re. 17 adolescens Dauid de gigante Goliath gloriofissimè tulit: qui non galea, & lorica armatus, sed funda instructus, & baculo, non suis, sed diuinis viribus fidens, immianem magnitudine, ferum ore, elatum

tum iactantia & superbia, Hebræorum agminibus
timiditatem & ignauiam exprobrantem Philistēū
prostravit, atque occidit; omnemque ignauiae la-
bem, & ignominiam ex populo Israélitico depulit.
Sic enim Christus vincitus, lignoq; affixus elatum
fastidio, & contumacia Diabolum non potentia,
sed humilitatis, & æquitatis armis profligauit, at-
que cæcidit. Atque ut fortissimus ille Samson, duas Ind. 16.
templi columnas complectens, atque constringens,
templum diruit, templique casu secum inimicos
Philistæos obruit; sic Christus in vna diuina perso-
na duas naturas, humanam, diuinamque coniun-
gens, sua nece Diabolū oppressit. Nec uero in Chri-
sti morte, quicquam eius diuinitas passa est, quæ ac-
que in incarnatione ullam passa est mutationem:
quippe quæ simplex, ac deinceps eadem semper, &
sui similis, atque immutabilis est; sed humanitas pa-
tibilis natura, crueiatus, doloresque sustinuit. Et su-
sceptæ quidem humanitatis ratione Christus pro-
nobis miserrimum, atq; turpissimum, in cruce sup-
plicium fereas, penas nostris debitas peccatis luit:
at diuinitatis adiunctæ ratione culpas redemit; ac
protoius mundi peccatis dignè, & cumulatissimè
satisfecit. Etenim solutio meritarum poenarum
ad eum pertinebat, qui peccauerat, peccauerat au-
tem homo, at Christus est homo, potestas vero redi-
mendi culpas non humana, sed diuina est, at Christus
est etiam Deus. Quod autem solus Deus pos-
sit dimittere peccata certum est. Nam peccatum est
quicquid contra diuinam legem fit; à qua vita ha-
bet lex omnis. At dimittendi quod contra legem
fit potestas penes eum tantum est, penes quem est
condenda legis authoritas. Ergo solius Dei est con-
donare peccata; qui solus omnium rex, & dominus
est. Tum peccatum est in volūtate; quia nullum est

O 4 pecca-

216 DIE PASS. CHRISTI

peccatum, quod voluntarium non est; quod non, inquam scienter, & sponte committitur. Atque nemo corda hominum scrutatur, & regit, nisi solus Deus. Solus igitur Deus & peccata cognoscit, & peccata dimittit. Hoc per Esaiam ipse de se Deus ait, Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Delet autem celesti gratia, qua homines iustos facit. Cum ergo Christus sit Deus, in Christo est culpa hominum redimendi facultas. Licetque facultas ipsa redimendi culpas, quae diuina est, totius Trinitatis sit, tamen ipse actus redemptionis, quae sanguine facta est, proprius Dei filij fuit; qui carnem suscepit, & pro nostra redēptione sanguinem in morte profudit. Decuit enim non Patrem, aut Spiritum Sanctum; sed Filium incarnari. Primum quia incarnatione est quedam missio, mittitur autem qui ab alio est. Atque Pater a nullo est. Filius vero a Patre. Deinde magis consonum fuit eundem esse hominis filium, qui etiam esset Dei, quam alium Dei, alium hominis filium dici. Postea modo (ne multus hac in re sim) conuenit per eum, per quem factus est, mundum instaurari. Factus est autem per Filium sapientiam Dei, sicut David inquit, Omnia in sapientia fecisti Domine, quae in celis, & quae in terris sunt, & B. Paulus ait, Deo placuit in Christo instaurare omnia, quae in celis, & quae in terris. Nam etiam ruinas Angelorum Christi sanguine redemptis hominibus impleuit. Nos igitur Christus Dei, & hominis filius, quem Deus, vt B. Paulus ait, proposuit propitiatorem perfidem in sanguine ipsius, a peccatis, & Diaboli potestate sua morte liberavit: Ergo si solo Christi sanguine peccata delentur, oret quisque Deum cum Dauide, Asperges me Domine hysopo, & munda bor: lauabis me, & super niuem dealabor. Tum

fi

si mortis serpentis ulcerati sanabantur aspicientes
 inferpētēm æneum, quem Dei iussu Moyses ligno
 suspenderat, quanto magis saluabuntur, qui cre-
 dent in Christum prototius generis humani salu-
 te pendente ē ligno? Et quidem, vt in deserto N. 21.
 serpentem, sic exaltari oportuit filium hominis, vt & I. 3.
 omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat
 vitam æternam. Idemque nobis euenit à Christi
 morte, quod apud Iudeos exulibus à Pontificis
 obitu contingebat, ut nimirū ad cælum nobis, si
 cut illis ad patrem redire liceret. Atque vt An-
 gelus uictus in lucta benedixit Iacob, sic affixus
 cruci Christus, & mortuus in se credenti populo
 benedicit. Videtis Auditores charissimi, virtu-
 tem, qua Christus Dæmonem superauit, & pro pec-
 catis omnium satisfecit, cui virtuti nulla neque hu-
 mana, neque angelica est ratione vlla par: quia
 præter diuinam nulla infinita vis est. Superauit
 autem Christus Dæmonem moriendo. Quod si
 tantum infirmitas Christi potuit, quantum pote-
 rit uis eius, atque potentia? Certè quod infirmum
 est Dei non solùm omnibus hominibus, uerùm
 etiam omnibus Dæmonibus, & Angelis fortius
 est. Etenim Christus quavis actione sua, & qua-
 uis gutta sanguinis sui ob infinitam diuinitatis
 adiunctæ virtutem humanum genus redimere, ac
 delere omnes iniquitates potuit: quod nunquam
 vlla vis alia facere potuisset. Sed te nunc alloquor
 Christe, ad te meā conuerto bone Iesu orationem:
 liceat quæso mihi à te pereundari!, Si vel una san-
 guinis tui gutta pro peccatis omnibus satis fuit,
 cur ex omni corporis parte, manibus, pedibus, ter-
 go capite, latere, totum sanguinem profudisti? o-
 mitto inopiam, indigentiam, labores, sudores, mi-
 serias, ærumnas, iniurias, contumelias, omnisqué
 generis

generis mala, quæ plura, & maiora, quam quæ uis
vnquam tolerasti. Hoc mihi risponsum, Auditores
charissimi datur; Ut ingentem spcum erga uos
amorem patefacerem, vosque ad me redemandum
commouerem. Et quidem si tot, tantaque mala
pro uobis perpessum me vos leuiter adeo diligitis,
quid, si tot, tantaque summi amoris indicia non de-
Rom. s. dissem? Commendat igitur in nobis charitatem
suam Christus, dum tot, ac tanta mala pro nobis
perfert, ut ipsu vicissim amemus, & in ipso simus,
& cum ipso semper, & terneque viuamus. Sed Iu-
dæus, cuius més adhuc est obiecta ignoratia, perfe-
diæque velamine, pertinaciter inficabitur victimam
Christi morte Diabolum, & redempcum genus hu-
manum. At passionis Christi vim, effectumque
consideret. A quonam obsecro doctore, nisi à Chri-
sto, gentes didicerunt vnum esse viuum, & verum
Deum, omnipotentem, cœli, terræque factorem, ab
omnibus singulari honore colendum? Cuiusnam
uirtute, nisi Christi, ex hoc nostro terrarum orbe
cultus idolorum sublatuſ, atque huius mundi pri-
ceps è suo regno foras electus est? Quis omnes di-
ligere, neminem odire, pro inimicis orare, malefa-
cientibus benefacere, uoluptates corporis fugere,
diuitias spernere, honores contemnere, terrenas
res desplicere, cœleſtes appetere docuit, nisi Christus?
Si igitur doctrina Christi est vera, & cœlestis,
nihil erroris, nihil falsitatis habens, sique eius reli-
gio recta munda, & sancta est, cur non Christus est
homo cœlestis? Et ut credas Iudæe Christum esse
Deum, velim hoc vnum contemplere, quod Christus
actus in crucem, atque ignominiosissime, &
crudelissime necatus, à sua sece ubique cognitus,
& habitus est Deus ab innumeris Iudæis, & genti-
bus, & habetur, & habebitur semper. An non ti-
bi

bimirū videtur, quod & homini contemptō, & egent
ti, ac turpiissimē cruciato, diuini honores cūm pre-
cibus, & obsecrationib⁹ ubicūque terrarum, vel
ab ipsis Regibus, & Imperatoribus suppliciter ha-
beantur? & quā oīm maximo dedecori crux fuit,
nunc etiam in summorum vitorum frontib⁹, pe-
ctoribusque signetur? Quot Medorum? quot Per-
sarum? quot Græcorum? quod Romanorū poten-
tissimi Reges, & Imperatores, qui renū om̄niū
domini videbantur, diuinos honores appetierunt?
quis illos pro Dijs? aut quanto tempore habebat?
Atqui Christum humilem, inopem, nudum, misé-
rum, affectum contumelijs, cæsum uerberibus, affi-
xum cruci, quem tu Iudæe irrides, omnes gentes,
& nationes diuinis laudibus, honoribusque di-
gnantur. Vnde nam tanta Christo fides ab omni-
bus populis tot seculis habita est, & semper habe-
bitur? est ne hæc persuasio ab hominibus, an fi-
des à Deo? Est, est Iudæe Christi virtus non hu-
mana, sed divina: quam inficiari quidem potes,
sed infringere nullo modo poteris. Quanta im-
manitate in eos, qui se Christianos esse profiteban-
tur, ab impijs, crudelissimisq⁹ tyrannis Neroni-
bus, Domicianis, Diocletianis, Maximianis, Decijs
alijsq⁹ similibus sauitum ybique est, vt penitus
Christi nomen, & religionem omnibus è terris, ad
gentibus extirparent? Nullus in terris locus est,
qui non Christi martyrum cruore imbutus, n̄el po-
cius madefactus sit. Nullusq⁹ est dies magni-
orum, doctorumq⁹ hominum sententia, quo non
saltem quinque mīlliū martyrum memoria celebre-
tur. Quem, rogo, finem tanta crudelitas induxit?
num deleta Christi fides? num euulsa crux est?
Nec minus ante mortē Christus fuit Deus; quam
post mortem; qui semper Deus idem fuit: sed eius
diuinitas

220 DIE PASS. CHRISTI

diuinitas post crucem omnibus clara, & manifesta facta est. Meruit porrò Christus morte sua nobis quidē à peccato, à pena, à Diabolo redēptionem, sibi verò animæ impatibilitatem, corporis immortalitatem, & nominis super omne nomen gloriam & rerum omnium celestium, & terrestrium dominatum . Sic B. Paulus scribit, propter eius usque ad mortem crucis obedientiam Christo datum non men, quod est super omne nomen, scilicet nomen Dei. Dedit, inquit, pro manifestum fecit: ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et Christus de sua morte, & uictoria prædicta, Cū exaltatus fuero super terram, omnia trahā ad me ipsum. Dicamus igitur in omnibus nationibus regnasse à ligno Deū. Sed mihi videor videro quosdam Græcos, qui se magnificè iactant, & splendidis uerbis doctrinarum omnium magistros faciunt, ac nominari sapientes uolent, irridere nos tanquam insipientes, quod Deum factum hominem & pro homine mortuum fuisse credamus. Quorum quidam aiunt Deo, qui summum rerum omnium imperium tenet, fas fuisse culpā omnem, & culpæ sociam poenam homini remittere; quodque indignam diuina maiestate rem fecisset, si se ad sumendam carnem humanam, & obsecundā pro hominis crimine mortem abiecisset: quidam negant Deum, qui in extimo cœlo finē ulla cura, & sollicitudine beatissimam uitam agit, omnibus voluptatibus affluens, hæc inferiora curare; tantum abeat, ut homo vilis, & inops factus sit, ac pro hominis flagitio crudelissimā, & ignominiosissimam necem pertulerit. Verum isti non vident à se religionem omnipotenti tolli, dum diuina prouidentia tollitur,

Situr. Quis enim ullo pacto Deum venerabitur,
 & colet, cui persuasum sit nullo modo cerni, &
 audiiri a Deo? Tum diuinam potentiam humana
 virtute metiri stulti, & amentis hominis est: quasi
 Deus ubique non sit, omnium rerum præpotens;
 aut cum labore, & indignitate rerum vniuersita-
 tem gubernet quam solo uerbo sine labore, & indi-
 gnitate creauit. At illis, quibus absurdissimum vi-
 detur, quod Deus homo fieri, & peccatum homi-
 nis, quod ipse pro sua potestate, & benignitate con-
 donare liberè poterat, proprio sanguine redimere,
 & delere uoluerit, respondendum pluribus est, a-
 periendumque prudentissimum consilium, quod
 Deus ad saluandum perditum sua culpa hominem
 cepit. Diuina scripta scrutates, & testamēta Dei re *Psa. 24*
 quirentes docti, & pīj viri inueniūt vias Domini ei-
 se misericordiā, & veritatē inter se coniūctas atq;
 cōnexas, q̄ in suis actionibus Deus semper cū iusti-
 tia misericordiā, & cū misericordia iustitiam cō-
 plicarit: quandoquidem nulli vñquam misericor-
 diam ita tribuit, vt iustitiam imminuerit; nec iusti-
 tiam ita exercuit, vt misericordia sit oblitus, &
 continuerit in ira sua misericordias suas. Iam da-
 mus in Dei, qui omnium dominus est, potestate *Pf. 76*.
 fuisse peccatum homini liberaliter condonare: ve-
 rū si peccati veniam homini benignè dedisset, so-
 la misericordia, non etiam iustitia vñus fuisset, quæ
 vt rectefactum præmio, sic malefactum supplicio
 afficit. Nec tamen si Deus hominem ob spretum
 diuinum iussum, violatamque diuinam maiestatē
 perpetuis supplicijs damnaferet, quicquam contra
 suam bonitatem egisset: tantummodo seueritatem
 iudicis nulla clementia mitigasset. Verū mis-
 retur in iudicando, & veritatem feruat in miseren-
 do. Ita dulcis, & rectus Dominus iustitiam miser- *Pf. 24*
 icordia,

222 : DIE PASS. CHRISTI

ricordia , & misericordiam iustitia temperat . Nec
 quidem dices hominem pro iniuria Deo facta di-
 gnè satisfacere per se Deo potuisse ; cum humana
 conditio à diuina maiestate sine ullo modo distet .
 Nam conditio facientis , aut patientis iniuriam ip-
 sam iniuriam grauiorē , aut leuiorem reddit . Quis
 enim ignorat minorem esse iniuriam , quæ à nobili-
 li viro fit rusticō , quā quæ nobili viro fit à rusticō ?
 & quoddam in regem peccatum mulctari poena
 capitali , quod si in aliam personam commissum es-
 set , vel nulla , vel leuissima mulcta puniretur ? Cūm
 igitur mortalis homo finitam vim habeat , & infi-
 nita sit diuina maiestas , nulla vtique ratione pro
 iniuria diuinæ maiestati facta perfectè à se homo
 satisfacere potuisset . Itaque damnatus diuinæ ma-
 iestatis in æternis supplicijs semper à se ipso fuis-
 set . Quamobrem ut diuinæ maiestati ab homine
 facta iniuria pro æquitate , & dignitate emendare-
 tur , oportuit solui poena ab eo , qui vim , & digni-
 tatem habet infinitam . Atque virtutem infibitam
 non habet , nisi Deus , qui solus à se est , solus habet
 ipsam immortalitatem , & gloriam . Intuere nunc
 Græce prudentissimum , mirandumque consilium ,
 quo dignè ac iustè pro peccato hominis satisfactū
 est . Poenæ solutio pertinebat ad eum , qui pecca-
 uerat ; is est homo : nec dignam poenam soluere po-
 terat , ni qui virtutem infinitā haberet ; is est Deus .
 Fit Deus homo ; & ut homo punitur , & ut Deus
 plenè satisfacit . Sic in miserando homini iustitiam
 retinuit , & in parcendo veritatem seruauit . Sic ,
 Psal. 84 inquit Dauid , Misericordia , & veritas obviauerūc
 sibi , iustitia , & pax osculatæ sunt . Cūm igitur
 legimus oportuisse Christum pro salute hominis
 pati , non hoc intelligamus , quod alia via saluari
 non potuerit , sed quoniam diuino consilio statu-
 tum

tum erat sic hominem saluari . Diuinum autem consilium omnino immutabile est . Hoc sapientissimum consilium , quo mirum in modum cum iustitia misericordiam Deus copulauit , tu Gr̄ece non capis ; quem humana scientia , vel , ut verius dicam , stultitia inflat : nec potes singularem erga hominem Dei benevolentiam agnoscere ; quoniam mens tua nunquam ad fidei lumen , quo diuina arcana cernuntur , accessit . Sed neque Diabolus iure conqueri potuit , quod homo , quem vicerat , fibi violenter creptus sit . Nam ipse ab humili , miti , & modesto homine summo cum dedecore superatus est . Itaque cum hominem homo liberarit , non est quod ullius violentiae impetum accuset , sed suam nequitiam , ob quam hominem captuum amisit . Oportebat tamen eum hominem , à quo vincendus Diabolus foret , extra omnem culpam esse , atque ab omnī animi uitio vacuum ; quique in peccatum incidere non posset . Ob idque coniungi cum humanitate diuinitatem oportuit : quia præter diuinam omnis natura est obnoxia peccato : quia mutabilis est ; quandoquidem à se non est . Vnde non solum in hominibus , verum etiam in Angelis reperta prauitas est . At Deus , quoniam à se est , simplex , & immutabilis , semper idem , & sui similis , peccare nullo modo potest . Nec solum quia Deus erat , sed etiam quia homo , Christus propter coniunctam cum humanitate diuinitatem , culpam ullam suscipere haud potuit ; quia nec damnari potuit ; quia beatus erat , quod diuino semper frueretur aspectu . Nec quia Christus peccare non potuit ; ideo voluntatem , liberumvè arbitrium non habuit , ut eius passioni nullum meritum debeatur ; nam etiam Angeli coniunctam liberam habent , & peccare non possunt ; quippe

224 DIE PASS. CHRISTI

quippe quos in veritate coelestis gratia confirmavit. Nulla igitur ratione Christus peccare potuit: cuius caro, quia nullius virilis seminis virtute, sed sola Spiritus sancti opera de purissimis B. Mariae Virginis sanguinibus formata est, factaque diuinitatis habitaculum, nullius peccati tabe uitata, & corrupta vñquam est: fuit tamen similis carni peccati, quatenus labores, & dolores poenas peccati sustinuit. Hoc ait B. Paulus; Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: qui alienus ab omni culpa sudauit, al sit, esuriuit, sitiuit, laborauit, do luit, luxit, iagemuit, mortem denique, ut mortalis, occubuit. Atque hoc etiam satis mirandum est, quod Christus Diabolum eiusmet armis deuicit, atque perfregit, scilicet ligno, quo ille sibi hominem subegerat. Nam Diabolus Iudeorum corda com mouit ad petendum à Pilato, ut Christum cruce, tanquam turpissima morte damnatum, afficeret.

Gal. 3. Proinde Christus factus maledictum (siquidem maledictus habebatur, quicunque suspensus in ligno esset) nos à maledicto, hoc est, morte liberavit, ac damnationis nostræ Chirographum suo sanguine deleuit, nobisque à Deo patre veniam peccatorum obtinuit, & Diaboli superbam, iniquamque fæutiâ sua iustitia, & humilitate contudit, fregit, imminuit. Sic ars arte delusa, & qui in ligno vin cebat, in ligno victus est, & unde mors orta, inde ad nos salus & vita peruenit. Nos igitur gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem saluti, & liberati sumus. Crux, Auditores Charissimi, nostræ religionis ornamentum, nostræ militiæ vexillum, nostræ infirmitatis est robur. Cruce nostra tenebrae discutiuntur, Dæmonum acies fugantur, æternitatis fores aperiuntur. In cruce, tanquam

quām in arca Noē, nauigandum est , ne turbatio-
num tempestatibus iactemur , & vitiorum fluctu-
bus obruamur . Per crucem , tanquām per fir-
missimum , tutissimumque pontem , è terra tran-
sumus in cœlum . Atque ut botrus suspensus è li-
gno , quod promis̄ à Deo Abrahæ semini terræ
exploratores portabant, spem quietis , & felicitatis
attulit Israēlitis , qui per deserta loca peregrina-
bantur , sic Christus , qui est vītis vera , suspensus
è cruce nob̄is æternæ vītæ spem maximam , & cer-
tissimam dedit . Te ergo ego crux sancta totam
magis , ac magis amplector : nec à te me quicquām
diuellet unquam ; à qua mihi salus , vita , & resur-
rectio est . Conferte iam quæſo , A. C. veterem
hominem Adam cum homine nouo Christo . Adā
superbus , qui perinde ut Diabolus insolens , atque
amans sui , non in Dei , sed in sua potestate esse vo-
luit ; Christus humilis , & obsequens Deo , cui di-
xit , In te proiectus sum ex vtero ; cuius gloriam
semper , nunquām suam quæſiuīt . Adam Dei
mandato parere noluit ; Christus uenit non suam ,
sed voluntatem patris facere . Adam auarus , qui
plus appetiit , quām opus illi fuit ; Christus pau-
pertatem amplexus est , atque omnibus commen-
dauit . Adam fūs , qui vetitum pomum rapuit ;
Christus quæ non rapuit exoluit . Adam homici-
da , qui se , & suos posteros peremit ; Christus pro
nob̄is mortuus est , vt vitam habeamus , & abun-
dantius habeamus . Quamobrem , Auditores cha-
rissimi , finamus Iudæos signa petere , & Græcos
sapientiam : nos autem prædicemus Iesum crucifi-
xum , Iudæis quidem scandalum , Græcis uero stu-
titiam ; ipsis verò vocatis ad fidem Iudæis , & Græ-
cis Dei uirtutem , atque sapientiam : at confidere-

P mus

Psal. 22

1. Cor. 2

226 DIE PASS. CHRISTI

I. Pst. 1 mus nobiscum quod non corruptilibus auro & vel argento redempti sumus de vana nostra conueratione, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, vt non sumus iam nostri, sed Dei: teneamusque memoria semper hoc redemptionis nostrae singulare beneficium; pro quo non dicam referre, sed neque agere, neque habere villas Deo gratias possumus; quia magnitudinem eius cogitatione capere non possumus. Sed erit habere, agere, referre gratias, si beneficij memoriam semper gratio, & benevolo animo tenebitus.

DIE

DIE PASSIONIS D. N. Iesu Christi

C O N C I O II.

De Christiana Religione.



Tsi semper, Auditores Charissimi, sobriè, iustè, ac piè uiuendum est nobis, qui Saluatoris nostri aduentum & celestium honorum hæreditatem expectamus : tamen his potissime diebus, qui sancti vocantur, sanctè viuere debemus, ut passionis domini nostri Iesu Christi mystria, quæ hoc præcipue tempore frequentantur, studiosius, religiosiusque colamus. Vocantur hi dies sancti ob sanctam Iesu Christi passionis, quā his diebus celebramus, memoriam, & quia toti sanctis, & pījs actionibus impendendi sunt: ut regis nostri, quam hoc tempore parauit, mensē participes, & gaudiorum resurrectionis eius confortes fieri mereamur. Hoc equidem à nobis exigit Christiana religio: quām Christus tradidit, & suo moriens in cruce sanguine confirmauit. Et enim sua morte Christus non solum genus humānum è Diaboli potestate redemit, verūnī etiā Christianam religionem instituit. Ac quando de nostra redēptione diximus hesterna die, hac de nostra religione dicemus. Ostendemus hanc unam religionem esse veram, eiusque optimam institutio nem. Vt, Auditores charissimi, nemo omnium mortaliū vſquam est, cui non persualum, à natu-

228 DIE PASS. CHRISTI

Vnde sit esse Deum, uidelicet præstantissimam quan-
 dam, præpotenterique naturam, quæ tot, tantasque
 res inter se diuersas atque contrarias summa vi, &
 ratione gubernet, sic etiam nemo est, qui non Deum
 ueneretur, & colat regem, & iudicem uniuersorum.
 Ob id peritissimi legum religionem in iure
 gentium posuerunt; quod in omnium hominum
 animis innata religio sit; quoniam innata Dei no-
 tio est: cuius sanè cultus est religio. Quod si qui-
 dam negarunt esse Deum, iij non rationem, sed libi-
 dinem ducem sequuti sunt; omnium impurissimi,
 & scelestissimi hominum: ut videlicet rejecto, tan-
 quam freno quodam, Dei metu, solutè quo libido
 traheret efferrentur. Neque enim peccandi licen-
 tiam quicquam æquè frenat, atque religio. Nam
 qui Deum colit; idem quoque credit ipsum bene,
 maleque factorum iudicem esse: cuius timore à
 peccando retrahitur. Proinde etiam iij ipsi, qui ne-
 garunt esse Deum, religionem ad rectè gubernan-
 dos hominum coetus necessariam esse duxerunt.
 Vnde pro diuersarum rerum publicarum ratione
 diuersæ religiones factæ & extogitatæ sunt. Re-
 ligionem ergo Deus in hominum animis inseruit
 non solum adcolendum cœlestè numen, sed etiam
 ad tuendam inter se iustitiam, & cōseruandam gē-
 neris humani societatem. Est equidem religio
 veneratio erga Deum primum, & summum om-
 nium regem, atque parentē. Veneramus enim supe-
 riores omnes, non tantum eos à quibus generati
 sumus, verum etiam eos, à quibus gubernamur &
 regimur: quos, quia nostri curam habent, patres
 appellare solemus. Atque Deus summus rector, &
 pater est. Veneratio erga genitores vocatur pie-
 tas, erga rectores obseruantia, erga Deum religio,
 quæ & ipsa pietas vocatur; quatenus Deus vetus,
 &

& primus omniū pater est; qui & in celiſ esse dicitur quod illinc sit oīs motionis principiū. Religio dicitur à Græcis θεωτεῖα, scilicet, Dei cultus, & ob eximiam diuinæ naturæ præstantiam per autonomiam εὐερεῖα, hoc est, bonus cultus: è quo scilicet vberrimos, & letissimos fructus capimus. Propter hoc autem Latini Dei cultum appellaerunt religionem, quia nos cum Deo magis magisque ligat, atque constringit. Et religionem quidam definierunt esse cognitionem Dei: verūm sola cognitio sine charitate nos cū Deo minimè iungit. Quod si nemo veneratur quem neque nouit, neque amat, profectò religio in cognitione, dilectione, & veneratione consistit: è quibus cognitio, & dilectio ad interiorem animi habitum faciunt; veneratio verò etiam cultum exteriorem respicit, ut sacrificia, & ceremonias: seruitque cultus exterior interiori, sicut animæ corpus. Qualis ergo est cognitio, quæ diuini numinis habetur, talis est & religio: si falsa cognitio, falsa etiam religio. Deum (ut alias diximus) duobus modis cognoscimus tum ratione naturali, tum fide diuina. Naturali ratione Deum etiam Philosophi cognouerunt ex rebus effectis à Deo: quoniā huius rerum universitatis ordinem, & motum considerantes, Deum esse comprehendenterunt omnium rerum motorem, atque rectorem: siquidem animaduerterunt eorū, quæ mouentur, motum oportere ad unum tandem principium referri; quod immobile sit, & ab ipso reliqua moueantur. Quare unam primam causam esse dixerunt, à qua reliquæ pendeant, ipsa à nulla sit, nihilque à re vlla recipiat. Spectantes quoque tot, ac tantas in mundo res inter se differentes, atque contrarias summa vi temperatas consistere, & eadem semper, ac constante secum ratione contine-

ri, coniecerunt oportere unum esse gubernatorem, qui summo consilio, summaque virtute cuncta moderetur, & regat: ceteroquin tantus ordo seruari neutiquam posset. Hanc diuinæ potestatis cognitionem ob id dicimus esse naturalem, non quod omnes credant esse Deum, sed quoniam potest homo insita ratione Deum huius mundi rectorem, & conservatorem agnoscere. Verumtamen cum Dei virtus infinita sit, eorum autem, quæ à Deo creata sunt, definita, profectò nulla res creata, neque tota ipsa rerum vniuersitas omnē diuinæ naturæ vim potest exprimere. Quare quæ ex creatis rebus Dei cognitio acquiritur, obscura, & imperfecta est. An res nulla est, quæ vnius diuinæ essentiæ tres personas, & earum proprietates, seu notiones indicet? An est ratio, quæ doceat Dei filium debuisse hominem fieri, & pro hominis crimine mori? Quid de resurrectione? quid de æterna gloria dicam? quibusnam hæc. Physicis rationibus, argumentisque probaueris? Non igitur per ulla rerum creatatum vestigia in Dei perfectam cognitionem venitur. Omitto summos errores, in quos Dæmones inuidi humanæ salutis, appetentesque diuinæ gloriæ, ne quiter homines induxerunt, ut crederent esse Deos innumeros, alios ab alijs generatos, impuros, atq; scelestos; & quod intolerabilius est, lapides, & ligna pro Diis haberent: in quibus ipi Dæmones tanquam diuina quædam numina colebantur. Quorum errorum tenebris cum ferè omnia correcta essent, Deus hominum ignorantiam miseratus, filium suum misit in terras, qui mundum, conscientiæ noctem expollens, veritatis luce illustraret. Ipse nos docuit esse unum viuum, & verum Deum, omnipotentem, creatorem cœli & terre, omnium, quæ videntur, & non videntur, rerum dominum: & unius

& vnius diuinæ essentiæ tres esse personas Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; Patremq; esse, qui à nullo est, Filium, qui à Patre oritur, Spiritum sanctum verò, qui ab' utroque procedit, mutuum scilicet utriusque amorem: & Filium descendisse de celis, & humanam carnem assumptissim, ut perditū hominem saluaret. Adhac docuit mortuorum resurrectionem, commune de viuis, mortuisque iudicium, & vitam æternam. Quarum rerum cognitionem veram, & ad nostram salutem necessariam Philosophi nullo sensu odorari, nullaque ratione indagare potuerunt. Sed neque diuini verbis, & enunciatis assentiri mens nostra potest sine diuino fidei lumine. Quæ fides dicitur Christi, quoniam de Christo, & à Christo est. Itaque rectè Christus inquit, Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluntas luerit Filius reuelate. Quamobrem si religio est cultus Dei, certè vera religio est cultus veri Dei.

At sola religio Christiana colit verū Deum. Sola igitur Christiana est vera religio. Quod si religio non opponitur è regione impietas, profectò impij sunt, qui non colunt religionem Christianam. Atque ut religio Christiana Dei vera cognitione fundatur, sic etiam vera Dei charitate firmatur. Et Deum quidem tum naturali, tum diuino amore diligimus: amore, qui secundum naturam est, ipsum res omnes pariter diligunt, ut potest communem omnium parentem, atque principium, à quo sunt vniuersa: sed eum diuino amore complectuntur, qui semper ipsum in oculis, ut potest summum bonum, habent. Qui sanè amor, quem propriè charitatem nominamus, non est à natura, sed est donum Dei: quo donantur, qui ad cœlestem gloriam eliguntur. Ceterum ut solus Christianus Deum verè cognoscat, sic solus Christianus Deum verè amat: in cuius be-

neuolentia scit hominis sitam esse beatitudinem. Sed de cognitione Dei, & amore, in quibus est cultus religionis interior, quando in alijs cōcionibus copiosius differuimus, hic satis pro tempore dictū arbitror. mox de exteriore cultu, qui facit ad interiorem, cuius est quoddam quasi testimonium, pluribus dissereinus; siquidem in exteriore cultu religio magis à mortalibus agnoscitur. Porro Dei cultus exterior consistit in sacrificijs, & c̄emonijs, quæ potissimum ad sacrificia pertinent. Ut autem variæ fuerunt, & sunt inter homines religiones, sic quoque diuersa sunt, & fuerunt sacrificia: quippe quæ pro dissimilibus religionum formis fiunt differentibus modis, & rationibus: verumtamen unū est dumtaxat verum sacrificium; quod, inquam, sacrificij virtutem & efficacitatem habet. idq; unius Christianæ religionis est proprium: cuius figuræ veteris testamenti sacrificia fuerunt. Nam omnia sacrificia, quæ Deus in vetere testamento suis Hebreis præcepit, passionis Christi referebant imaginem: qua Deus mundumerat à peccato, & Diaboli servitute nouissimis temporibus redempturus: certe roquin causa non erat, cur ex se illa sacrificia Deo grata, & iucunda essent. Est porro sacrificiū quicquid offertur Deo: quia sacrum, & religiosum fit, quod diuino numini dedicatus. Ex quo sacrificare est rem sacraē facere, siue Deo munus offerre: immolare vero est hostiam mactare. Et quoniam res animata præstat inaniæ, immolatio ceteris sacrificijs antecellit. Vnde sacrificare per antonomasiā pro immolare, & sacrificium pro immolatiōne ponebatur: quod vero de frugibus terræ, ac vita carentibus offerebatur, communi vocabulo nominabatur oblatio. Iusserat autem Deus sibi; quæ homini ad victimam usui essent, tam animata, ut boves,

ues, & oues, turtures & columbas, quām inanima;
 vt panem, & vinum, & fruges terræ, quibus vesci-
 mur, offert; vt homines vitam suam Deo referrent
 acceptam, cuius sunt fruges omnes, & animantia,
 quæ ad victimum hominis faciunt. Ac certè cùm ali
 quid Deo offerimus, ipsum veneramur, ac Domi-
 num, & Regem nostrum esse confitemur. Ideoque
 nostrū quemq; monet, Non apparebis in conspectu
 meo vacuus. Nam vult sibi à nobis sacrificari, quia Exo. 23.
 vult à nobis coli. Vult autē à nobis coli tū propter
 suam gloriam, vt eius bonitas clara & manifesta
 fiat, tum propter nostram utilitatem, vt eius bene-
 uolentia fruamur. Cęptum est autem fieri sacri-
 ficium, quando cępit esse religio. Et enim sacrifici-
 um fundamentum religionis. Atque cępit esse
 religio, cùm esse homines cęperunt; quippe in quo
 rum animis innata Dei notio est. Ergo sacrificiū à
 primo hominum ortu esse incępit. Vnde in sacrī
 libris legimus primos primi omnium hominum
 parentis Adam filios Cain, & Abel Deo illum de Gen. 4.
 fructibus terræ, hunc de primogenitis gregis sui,
 & adipibus eorum obtulisse. Nec dubium esse de-
 bet, quin etiam ipsorum pater ante ipsos sacrificā-
 rit. Ac pro diuersis temporibus, quæ natura, lege,
 & gratia distinguimus, varia cernimus à veri Dei
 cultoribus facta fuisse sacrificia. Nam primo tem-
 pore, quo secundum naturam, siue legem natura-
 lem prisci homines viuebant, pro cuiusque arbitra-
 tu & voluntate immortali Deo vel terra fruges of-
 ferebant, vel animantia cuiusuis generis immola-
 bant. Quo tempore fuit illa Melchisedech summi
 Dei Sacerdotis panis, & vini oblatio, figura mate-
 riæ sacramenti Eucharistiae, quod in panis, & vini
 benedictione consistit. At altero tempore, quo se-
 cundum scriptam à Deo legem viuebatur, certa sa-
 crificia

crificia fuerunt, quæ Deus populo Iudaico impetraverat: eaque maximè habentur in sacræ scripturæ libro, quem Leuiticum nominant: quod illa solis Leuitici generis Sacerdotibus liceret offerre. Sunt autem olim à Deo in lege vetere Iudæis populo electo certa instituta, & præcepta, multisque, ac magnis cérémonijs ordinata sacrificia ob has potissimum causas. Prima est, ut ne sancta gentium, si nulla ipsi sacrificia haberent, imitatentur, ac stulte, & miserè in idolorum culturam incurterent.

Nam Dæmon, cuius est incredibilis arrogantia, & diuinorum honorum, ac gloriæ infinita cupiditas, ad sacrificandum sibi tanquam Deo gentes induxerat: quippe sacrificium soli Deo debetur. Altera causa est, ut rufus populus, qui notis sensilibus in diuinis rebus erat erudiendus, & bonarum artium usu semper exercendus, ne in gentium illaberetur errores, in veri Dei cultu pijs occupationibus detineretur. Tertia est, ut essent Christi passionis figuræ: ad quam significandam totus diuinus cultus, qui in lege vetere describitur, compositus est: quandoquidem solo Christi sanguine à peccatis, peccatorumque penitentia redimimus: Quam Christi sanguine facienda redemptionem etiam credere veteres Iudæi, qui eandem, ut B. Paulus ait, fidem, quam nos, habuerunt. Et quia nulla res sacrificari poterat, quæ omnes Christi virtutes referret, ideo res plures sacrificari iussæ sunt, videlicet bos, ouis, turtur, columba, & his res aliæ similes. Etenim bos labores, ouis mansuetudinem, turtur cattitatem, columba simplicitatem Christi denotabat. Sed immolationis Christi figuram præ se maximè tulit Agnus Paschalis: quoniam ut Agni Paschalis sanguine Iudæi & ab ira Dei seruati, & à Pharaonis seruitute liberati sunt, sic nos Christi sanguine

sanguine tum à Dæmonis tyrannide erepti , tum cum Deo patre reconciliati sumus . Docentq; omnia sacrificia , quæ pro peccatis offerebantur , nullâ fine sanguinis effusione peccatorum fieri remissionem . Quamobrem veteris testamenti sacrificia figuræ quædam fuerunt huius nostri veri , & perfecti sacrificij , Christi scilicet immolationis : cuius monumentum est sacramentum Eucharistiæ , quod tertio tempore ab ipso Christo Christianæ religio nis authore suis fidelibus traditum est . Quod tempus vocatur plenitudinis gratiæ : quia per Christū hoc tempore confertur gratia , per quam diuina præcepta complemus , quæ sine hac gratia confici nequeunt . Sacrificabatur autem Deo vel pro venia peccatorum , vel pro recipiendo aliquo beneficio , agendisve Deo pro recepto beneficio gratijs , vel ut hominis spiritus iungeretur cum Deo .

Primum sacrificium dicebatur oblatio pro peccatis ; alterum hostia pacifica ; tertium holocaustū , quod tota viëtimâ incenderetur . Nemō etenim est , qui non intelligat se , cùm peccat (peccat autē , cùm quidpiam contra Dei legem facit) diuinam maiestatem lèdere , ac instam pœnam meteri ; qui que etiam non sentiat se Dei beneficijs egere , cuius munere viuit ; & à grato animo gratiarū actiōnem exigi ; & qui non agnoscat tunc sibi bene esse , cùm est Deo benevolentia iunctus . Verum sacrificia cùm ad diuina beneficia impetranda , tum ad placandam diuinam iram maximè instituta videntur . Id quod B. Paulus illis verbis ad Hebræos scribit , Pontifex pro hominibus constituitur in his , *Hebr. 8.* quæ sunt ad Deum ; vt offerat Deo doha , & sacrificia pro peccatis . Iam quod unum sacrificium vere fuerit sacrificiū , nempe immolatio Christi agnī immaculati , facile probatur ; quoniam hæc una vi-

ctima

236 DIE PASS. CHRISTI

Etima potuit pro peccatis omnium satisfacere, atq; nobis in celum aditum, quem peccatum obstruxerat, aperire . Debet enim hostia , quæ pro peccatis offertur, virtutem infinitam habere, quoniam diuina maiestas, quæ pro peccato lœditur, infinita est . Quòd si neque homo , neque Angelus , quoniam eorum definita vis est, potest vlo modo pro peccato satisfacere, num carnes taurorum , aut sanguis hircorum satisfaciet ? Hoc certè est, quod per os

Psal. 49. Dauid ait Deus, Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? & B. Paulus

Heb. 10. Ius afferit impossibile esse sanguine hircorum , aut taurorum auferri peccata . Non igitur mirum est, si vetera sacrificia semper redintegrabantur ; quia minus ad delendas hominum iniquitates efficacia erant . At sanguis Christi propter coniunctam naturam diuinam cum humana, infinitę virtutis fuit, ac diuinam iram pro dignitate , & æquitate placauit, & quod homo pro peccato debebat , cumulatissimè soluit. Ideoque Christus semel tantum seipsum Deo patri pro peccatis nostris obtulit; quia propter diuinam, infinitamque virtutem una oblatione peccatorum omnium veniam omnibus à Deo

Heb. 10. patre obtainuit , & consumauit , vt B. Paulus ait, in sempiternum sanctificatos: ac semel tantum, vt idē

Heb. 9. B. Paulus docet , per propriam sanguinem in Sancta Sanctorum intravit , æterna redemptione in-

Rom. 8. uenta . Et, vt idem Apostolus afferit, resurgens ex mortuis iam non moritur ; mors illi ultrà non dominabitur . Hoc ipsum quoque B. Petrus affirmat

1. Pet. 3. illis verbis , Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Dco mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu . At mira diuinæ prouidentiæ dispensatione factum est, ut Christi corpus, quod impatibile, atque immor-

C O N C I O II. 237

immortale à beatitudine animæ fuisset, pati, & mori posset, conclusa in superiori animæ parte, neque in inferiorem, & corpus exiliente beatitudine. Hoc profecto est, quod filius Dei factus homo aeterno patri inquit, Sacrificium, & oblationem noluisti, *Pf. 39.11
Heb. 10.* corpus autem ad ferendos cruciatus, & necem adaptasti mihi. Quocircà Christi corpus habilitatem, non necessitatem habuit patiënti. Praeclarè *Psal. 18* igitur inquit David, in Sole, hoc est, in labore, & mutabilitate posuit tabernaculum suum. Corpus enim Christi tabernaculum fuit diuinitatis. Hoc igitur vnum fuit verum sacrificium, quod unum nostra scelera expiandi, & diuinam gratiam nobis conciliandi vim habuit. Quapropter si ad deletionem peccatorum sacrificia comparata sunt, ac nullo tempore illa hostia culpis, & poenitentia liberare hominem potuit præter hanc unam victimam Christi, profectò sacrificia Iudeis à Deo imperata, quæ ceteroquin ad animarum salutem nihil ex se ipsa faciebant, huius veri sacrificij formæ quedam, & imagines extiterunt: in quo uno Deus homini peccata dimittit. Itaque perfecto vero sacrificio, cuius virtute omnia peccata deleta sunt, atque delentur, eius figuræ ad nihilum reciderunt.

Quando igitur Christus semel immolatus pro peccatis omnium satisfecit, atque etiam quotidie satisfacit; siquidem omnis peccati remissio per sanguinem Christi semper facta est, atque etiam fit; ipse enim est agnus Dei, qui tollit peccata mundi; non debuit, nec debet iterum immolari. Nam si adhuc *Heb. 10.* immolaretur, non utique pro peccatis nostris satis fecisset, quod nefas est cogitare. Peccantibus igitur nobis iam non relinquitur alia pro peccatis hostia; quia nulla est alia, præter eam, quæ immolata à Christo est. Cuius virtute si liberati à peccatis.

238 DIE PASS. CHRISTI

tis sumus, dum ad peccandum reuertimur, quantum in nobis est, iterum cruci Christum affigimus. Cateamus itaque ne despiciatui Christi passionem habere peccando uideamur. Sed ne Christiana religio, quam ipse Christus, qui nos in ueri Dei cognitionem adduxerat, fundabat, sine sacrificio esset, Eucharistiam instituit. Sacramentum renouans suæ passionis memoriam. Cum enim mors illi ultra non dominaretur, neque post hac ipsum oportet sacrificari, perfecto iam nostræ redemptionis opere, nec deceret Christianam religionem sine sacrificio esse, nec deberet institui sacrificium, nisi quod eius passionis memoriam referret, panem in carnem suam, & vinum in sanguinem suum convertit. Quod sacrificium iussit discipulis suis in memoriam passionis suæ facere. Vnde singulis diebus hoc sacrificium Ecclesia facit: quo noster animus tum passionis Iesu Christi, qua redempti à peccatis, & saluati sumus, memoriam teneat, tum cœlesti cibo, & potu nutriatur, ut nos in Christo sumus, & Christus in nobis. Non igitur credes in hoc sacrificio Christum immolari & occidi, qui iam non moritur, sed eius passionem representari: ad cuius recordationem animi nostri reuocentur, ut tantæ beneficij memoriam semper cum benevolentia tenentes, piè ac sancte nostræ religionis cultum exerceamus. Quantum igitur religionis Christianæ sacrificium alijs sacrificijs antecellat efficacitate, iam puto vobis esse perspicuum: qui satis intelligitis hoc uno sacrificio peccata deleri, & diuinam benevolentiam nobis cōciliari. Quarè hoc unum est verum sacrificium; quia hoc unum habet virtutem sacrificij. Agnoscite, si placet, etiam nobilitatem. Quæro quænam aliorum sacrificiorum victimæ fuerint? Ovis, caper, vitulus, taurus, &c.

& alia huiusmodi animalia, quæ maestata nec sibi,
 neque animarum hominum saluti quicquam ex se
 proderant: at nostræ religionis hostia sanctissimum
 Christi corpus est, quod non ullius virilis seminis
 virtute, sed sola Spiritus sancti opera de purissimis
 B. Mariæ virginis sanguinibus formatum est, fa-
 ctumque habitaculum diuinitatis. Cumulatur quo
 que hoc Christianæ religionis sacrificium æterni-
 tatis laude: quoniam ipsius victima in celis ad dex-
 teram Dei collocata manet in æternum: eiusque
 virtus æterna est, cuius sanguine fit omni tempore
 omnium peccatorum remissio. Aliarum gentium
 victimæ cum ipsa flamma euauerunt, atque euane-
 scunt. Quocircà nostræ religionis sacrificium om-
 nia omnium gentium sacrificia, & efficacitate, &
 dignitate, & perpetuitate infinitè antecellit. Cùm
 verò nullus usquam inueniretur, qui dignè Deo
 tam eximiam hostiâ offerret, quia nullus esset san-
 ctus, inuiolatus, immortalis, vitam habens æternam,
 nisi solus Christus, idè Christus in atra crucis se
 ipsum obtulit Deo patri impollutus, segregatus à
 peccatoribus, nullam habens necessitatè obsecran-
 di pro se, ac sempiternis seculis viuens; dictus Sac-
 ceros in æternum; quia eius sacerdotium est æter-
 num, & sacrificij æterna memoria. Ergo nostræ re-
 ligionis author Christus idem etiam est hostia, &
 sacerdos, pretium & redemptor. Sic ad religionis
 nostræ sacrificij nobilitatem facit etiam dignitas
 Sacerdotis: qui solus verè sacerdos est, quia solus
 officia veri sacerdotis exequitur. Sacerdotis n. offi-
 cia sunt hæc: primum res sacras populo dare; unde
 dictus est sacerdos, hoc est, sacra dans: alterū, Deo
 populi preces offerre: tertium, quod potissimum
 est, immolando satisfacere pro peccatis. Atque
 solus Christus dedit nobis veram diuinarum re-
 rum

xum cognitionem, & ad comparandam uitam ~~et~~^{et} nam necessaria sacramenta : idem nostras preces Deo gratias efficit ad dexteram Dei patris residens, atque interpellans pro nobis semper ; idem pro peccatis satisfacit, qui solus satis facere potest. Ipse Deo pro peccatis nostris offert oblationes, et dona, medius inter homines, & Deum, hos cum illo cœilians Deus, & homo dicitans à Deo mortalitate, qua similis est homini, & cognatus Deo diuinitate, qua differt ab homine . Tale enim medium esse debet, ut aliqua ratione distet ab utroque extremo aliqua ratione conueniat : expletque tunc munus suum, cum extrema connectit. Ut igitur quis Dei , & hominum mediator sit, oportet Deum, & hominem esse . Is autem non est, nisi Iesus Christus. Re

3. Tim. 2 Et igitur B. Paulus , Vnus mediator , inquit , est Dei, & hominum homo Christus Iesus : qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, offeres semetipsum pro omnibus oblationem, & hostiam Deo . Cuius hostię suauissimo odore Dei contra nos ira placata est, & conciliata benevolentia . Porro Christus, ut homo, pro peccatis hominum patitur, & , ut Deus, culpas delet, & poenas : ac propter sanctitatem, qua accedit ad Deum, opus non habet pro se orare, ac sacrificium offerre , & propter infirmitatem, qua accedit ad homines, nouit fragilitatis nostræ misereri, solus Sacerdotis nomine dignus, plenus omnis potestatis, & gratiae . Quis nos in veri Dei cognitionem adduxit ? Christus . Quis semper in coelis pro nobis intercedit ? Christus . Quis dignè pro nostris delictis, poenisque satisfecit ? Christus . Christus igitur est noster *vetus*, & summus sacerdos , qui se , & suam Ecclesiam Deo patri obtulit sacrificium: idē mediator hominum, & Dei, qui nos cum Deo cœiliat; idem etiam angelus,

gelus, qui nostra vota , & preces defert ad Deum : idem & Pontifex, qui nobis, è terris ad coelos pontem sua vita, & morte firmissimum, & tutissimum fecit. Sunt homines, qui vocentur sacerdotes, mediatores, Angeli, atque Pontifices, verùm non vt diuinorum operum authores , sed vt Christi veri sacerdotis , mediatoris , Angeli , & Pontificis ministri . Atque etiam Christus , quia nouum testamentum sua morte , & sanguine confirmavit, noui , melioris , & æterni testamenti sponsor habetur ; est enim nouum testamentum vetere melius , quia meliores habet promissiones , cœlestium inquam bonorum ; cum vetus testamentum bona tantum terrena polliceretur. Ac moriendo Christus factus est hostia nostræ salutis, qui sua nos morte dignos æterni testamenti , & promissæ hæreditatis effecit. Quod si peccatorum veniam à Deo patre nobis obtinuit , etiam alia minora beneficia obtinebit . Videlis A. C. quod sacrificium tempore gratiæ , & à quo , & pro quibus oblatum Deo fit. Viictima fuit sanctissimum Christi corpus , Sacerdos idem, qui & viictima Christus Iesus : obtulit se Deo patri pro totius mundi peccatis: ac dignè pro peccatis satisfecit ob infinitam virtutem , quam ex coniunctione cum diuinitate humanitatis habebat . Huius sacrificij memoriam retinet Eucharistia , quæ in eius locum substituta est , totius religionis Christianæ fundamentū. Cuius religionis cultus à Christi sacerdotio deriuatur ; cui nos sacramenta coniungunt , quæ ex eius passione sanctificandi vim, & efficacitatem habent. Nam ex eius latere pendens è cruce exiuit sanguis , & aqua, pretium redēptionis , & lauacrum regenerationis: sanguinem agni Paschalis cruor, aquā mase rubrum significauit : ille ad Eucharistiam , hæc

Q ad

ad baptis̄mum pertinet, potissima religionis nostrae sacramenta: baptis̄mo abluimur, Eucharistia reficiamur. Atque ut à Christi passione baptis̄mus, & Eucharistia, sic etiam reliqua sacramenta vim habent sanctos, & celestes homines faciendi. Quam obrem ut ex Adæ dormientis costa Eva, sic è latere Christi pendentis è Cruce formata est Ecclesia, quam ipse Dei filius in sp̄sam duxit, Pater filiam instituit; ac multis donis Spiritus sanctus ornauit. Iam verò ut religionis Christianæ sacrificium est optimum, sic etiam optimæ sunt ceremoniæ; quoniam optimè diuina mysteria designant; pertinētque ad modum sacrificandi, & Dei cultum exteriorem. Oportet enim rudes homines & ignaros rerum diuinorum ad ipsarum cognitionem asperitabilibus notis, quasi manu, duci; quæ quò significantiores sunt, eò præstantiores sunt. Atque nostra religionis ceremoniæ, quæ diuino afflato compositæ sunt, maximè diuiuorum mysteriorū, vim, naturamque declarant. Sed earum explicazione in præsentia supersedere temporis angustiæ monent, ut ne longior, quam par est, sim. Ceterum sacrificij finis, siue effectus, est idem, qui & religionis, nimirum benevolentia cum Deo coniungi; quæ beati efficiuntur. Etenim Deum ritè colit, qui Deum imitatur: & rectè sacrificat, qui se Deo totum offerit; cuius totum est, quicquid est. Hoc sacrificiū, quo cum Deo coniungitur, dicitur holocaustum, quia totum incenditur; & est omnium sacrificiorū maximum, ac Deo maximè iucundum. In quo quidem sacrificio non solum, ut in ceteris sacrificijs, requirebatur animal immaculatum, fine vita utilitatem, & labores, verum etiam manus, ut intelligamus debere nos Deo totos offerte puros, & integros, ac nulla mulierib[us] maliitie effoeminatos.

Tunc

Tuncverò nos totos immolamus , cùm animam
 Deo deuouemus , & corpus propter Deum mortifi-
 camus : ceteroquin non se tórum offert , qui suam
 fibi uoluntatem reseruat , & carnis desideria secta-
 tur . Accendimus verò sacrificium igne , cùm diui-
 ni numini s: amore flagramus . Itaque holocaustum
 humilitas , & patientia cum charitate conficiunt .
 At quando A. C. summa religionis est imitari
 quod colis ; & nostram religionem Christus
 instituit , ac suo sanguine confirmauit ,
 sanctitatem eius , & passionem imi-
 temur , habentes cor contri-
 tum , & humiliatum , at-
 que exhibentes cor-
 poram nostra ho-
 stiam viuen-
 tem , san-
 ctam ,
 deo placentem , ut cum
 immortali Deo cha-
 ritate iunga-
 mur .

Q 2 DO-

DOMINICA RESVR- rectionis.

C O N C I O.

De Resurrectione:



Aluatoris nostri mortem, A. C. fuisse uerum pro peccatis hominum sacrificium passim sacra scripta testantur; quod pingue futurum eximius propheta Dauid longè ante prædictum illis verbis, & holocaustum tuum

Pf. 15.

pingue fiet. Nam iucundissimum Deo patri, gloriostissimum ipsi Christo, utilissimum uniuerso generi hominum fuit, quippe Christi mortem eius insequuta resurrectio est: in qua Deus propter suauem opimi sacrificij odorem illi potestatē omnem in cœlo, & in terra dedit, & in suam nos gratiam recepit, & in cœlestium bonorum hæreditatem ad

Pf. 118.

Pf. 117. Vnde Christi resurrectionis dies potissimum dies Domini dicitur: quia licet omnes dies sint

Domini, cuius ordinatione perseverant, tamē hæc dies præcipuè facta à Domino perhibetur; quoniam hac die opus omnium suorum operum præclarissimum fecit. Nam iacentem hominem erexit, & suo scelere perditum saluavit. Præclarius autem fuit saluare hominem, quam creare. Ob cuius recuperatam salutem totus mundus gaudio triumphat, qui propter hominem creatus à Deo est. Hac igitur die, quam fecit Dominus, omnibus lætitias exultemus; quod Christi morte, & resur-

resurrectione à Diaboli tyranidē liberati, & peccatorum vinculis soluti, atque in Dei patris gratiam reducti, & in cœlum aperto, quod tot seculis occulsum fuerat, ostio intromissi sumus. Quam obrem de Christi, & nostra resurrectione pro re, & tempore, quantum officij nostri pastoralis ratio postulat, dicemus. Christi resurrectione tunc fuit, cū eius anima in corpus, à quo separata in cruce fuisset, reuersa est. Itaque corpus, quod ex angue iacebat in sepulchro solutum ab anima, rursum ab eadem anima, qua prius respirabat, sensum, & uitam recepit. Est enim anima forma corporis: & qua, ut ab interiore quodam, innatoque principio corpus est aptum moueri, atque sentire. Vocat autem Sacra scriptura reuersionem animæ in suum corpus regenerationem; quia si tunc aliquid generatur, cùm in materiam formam inducitur, proficit. Et idem regeneratur, cùm eadem forma rursus in eandem materiam à qua discesserat, reducitur. Vocat etiam animæ reuersionem in corpus resurrectionem, ideo quod mortem appellat somnum propter quandam, quæ inter mortem, & somnum est, similitudinem, quam similitudinem præcipue facit sensuum à suorum munera functionibus vacatio, quandoquidem mortuus; perinde ut qui dormit, cuius sensus quodammodo ligati, vel potius oppressi in corpore sunt, quiescere, nec sentire quicquam videantur. Atque ut dormientium est è somno ad vigiliam, sic mortuorum hominum est à morte ad vitam redditio. Quocirca poëtarum aliqui mortem somni sororem, aliqui somnum consanguineum mortis esse fixerunt. Nec tamen omnium animantium mors rectè somnus vocabitur, sed dumtaxat hominum; quoniam tantum homines in vitam è morte redibunt. Fit autem somnus,

Q 3 si

si physicis, & medicis creditur, sic . Vapores qui-
dam è stomacho, in quo per os dilapsus cibus na-
turali calore concoquitur, in cerebrum, quod fri-
gidissima pars capitis est, vi caloris summa peten-
tis ascendunt: qui à frigore cerebri constipati, at-
que constricti replent meatus, per quos vitales spi-
ritus emittuntur ex: interiori sensu, quem commu-
nem appellant; in loca, in quibus insident sensus:
Vnde sensus, intercluso spiritibus vitabilibus ad
ipso aditu, à suis operibus cessant. Hinc qui dor-
mit qui ioscere, & somnus quies nuncupatur, vide-
licet, sensuum à suis numeribus cessatio. Attenua-
tis uero, resolutisque vaporibus crassis, & aperta vi-
talibus spiritibus ad sensus via, tuncsum qui dormit
excitatus è somno sui corporis sensibus vtitur.
Quamobrem si is, qui dormit, dum experctus se
è lecto, in quo iacet, attollit, bene dicitur surgere;
cur, qui è vita decessit, dum in vitam redit, & vi-
uum corpus è tumulo, in quo sepultum est, effert,
non bene dicitur surgete, vel resurgere? Quod si
recte dicitur resurgete, recte etiam animæ incor-
pus reuersio resurrectio nominatur. Nec nomen
cuipia videri debet, si nomen hoc resurreccio non
quam à ueteribus scriptoribus Latinis usurpatum
sit, quia nec mysterium resurrectionis unquam
ab illis cognitum est. Quod quidem mysterium
non ab hominibus nos accepimus, sed à diuinis or-
raculis didicimus. Quando igitur resurreccio est
è morte in vitam resocatio, quo mebas, quæ de te-
surrectione dicere instituimus, percipientur, prius
quid uita, deinde quid mors sit explicabimus. Nu-
la enim est resurreccio, si nulla sit mors: nec mors
ulla est, si nulla sit uita. Est enim mors discessus
è vita, ut è morte in vitam redditus est resurreccio,
tanquam è somno in vigiliam excitatio. Vita no-
tat

tat motionem quandam excitatam ex insito, innatoque principio, proinde viuere illa dicuntur, quæ ex se ipsis mouentur, & viuum corpus est, quod in se ipso habet motionis suæ principium. Hoc sanè principium est anima: quæ est forma, & perfectio corporis, quod aptum est animati. Quare corpus, quod animatum non est, vita, siue interiore motus principio caret. Quòd si anima est vita corporis, certe mors est animæ à corpore dissolutio: à cuius discessu corpus fit mortuum, immobile, atque caducum. Significat etiam vita rationem quandam viuendi pro varijs animi affectionibus, mōribusque siue rectis, siue prauis, vel bonam, vel malam, aut laudandam, aut contuta vituperandam. Ob id qualis animi affectio, talis & vita est. Iam nostri animi duo præcipua munera sunt, scilicet verū certe, & bonum appetere. Sed rationem ueram, & voluntatem bonam efficit una Dei gratia: quæ intelligentiam cœlesti lumine illustrat, & animum diuinο motu afficit. Proinde ut anima corpus ad se mouendum, & sentiendum, sic gratia cœlestis animam ad sapiendum, & verum bonum appetendum informat. Hæc vtique recta viuendi ratio est, qua secundum Deū uiuitur, hoc est, secundum eius veritatem, & amorem. Quæ uita verè vita est, quia beata, & æterna: inchoaturque in tertis à gratia, & perficitur in cœlis à gloria. Si ergo diuina gratia est animæ uita, certè diuinæ gratiæ priuatio mors eius erit. Duplex igitur uita est, altera corporis, altera animæ; corporis uita est ab anima, quæ dat illi motum; animæ uero uita est à cœlesti gratia, qua veritatem cognoscit, & æternum bonum prosequitur. Duplex quoque mors est, altera corporis, altera animæ. Corporis mors est à discessu animæ; animæ vero mors est à cœlestis

Q. 4 gratiæ.

gratię priuatione, & vtriusq; moris causa in peccato est. Nā etfi corpus omne, quod ex elementis simplicibus, primisque corporibus coagmentatur, vi sua dissoluitur aliquando, tamen, si diuino mando primus hominum parens obtemperasset, à beatitudine animæ immortale fuisset. Nostra quoque anima licet uerè immortalis sit, quia simplex, et soluta est ab omni concretioне corporea, tamen ipsa etiam suam quandam mortem habet: cùm videlicet à diuina gratia deseritur; cuius uirtute rete suas uires, intelligentiam, & voluntatem exercet. Deserit autem, cùm scelus aliquod admittit diuinę bonitati, ac dignitati inimicum. Ceterū mors corporis omnibus est bonis, malisque communis: quoniam est ab humana conditione naturæ; verū bonis, & pījs hominibus bona, & optabilis est, quoniam ipsis est laborum, & dolorum, atque omnium miseriārum finis, & summorum, atque æternorum gaudiorum initium; malis uero mala, & formidabilis est, quos ad omnia, & semper duratura mala transiit. At mors animæ nullorum bonorum, sed tantummodo malorum hominum est; qui Dei veritatem, & bonitatem oderunt. Idcirco nunquam bona, sed semper mala est, uel (ut rectius cum Davide dicam) pessima; quia hominem uita priuat æterna. Mors corporis suum finem, & terminum habet: at mors animæ sempiterna quedam miseria est, atque hoc durior, quo minus potest illa morte finiri. Quamobrem, Auditores charissimi, si duplex mors est, duplex quoq; resurrectio erit, scilicet corporis, & animæ. Corporis quidē resurrectio est, cū anima, in suum corpus reuenit; animæ vero resurrectio est, cū in anima, peccati labē deleta, rursum diuina gratia recipitur: illa dicitur corporalis, quoniam corpus

ad

ad opera sensuum redit: haec spiritualis, quoniam in vitam virtutam anima revertitur: illa in fine mundi erit, cuius Christus vniuersale de omnibus hominibus iudicium faciet: haec est quoties hominis anima ex peccati sopore diuinæ gratiæ intinxerit. Resuscitatur illa et si ad omnes homines pertinet bonos, malosque, tamen differenter: nam bonorum gloriosa, malorum ignominiosa erit, ut B. Paulus ait, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes *s. Co. 15* immutabimur: haec propria electorum, & charorum Deo est. Et veriusque resurrectionis efficiens causa est resurrectio Christi: cuius uirtute à corporis, & animæ morte in corporis, & animæ vitam revocamus. Non enim uis ulla potest in vitam reducere quod interiit, nisi diuina: qua omni naturæ dominatur. Etenim constat inter omnes præstantissimos Philosophos (ut prius de corporis resurrectione loquamur) animam in corpus suum naturaliter redire non posse, alioquin idem numero rediret, quod nullo modo fieri posse contendunt: quoniam causæ naturales, quarum definita uis est, motu, & tempore sua opera efficiunt, unde si quod semel esse desij, rursum omnino idem in natura rerum existeret, oporteret eadem actione, atque eodem tempore fieri, ex quo sequeretur tempus præteritum fore præsens, quod ne cogitari quidem potest. Nullo igitur pacto potest ullius causæ naturalis uiciorum resurrectione fieri. Elto, sit eadem anima semper, quandoquidem immortalis est; at corpus, quod dissolutum est in ea, e quibus constabat elementa, qua ratione potest omnino idem ipsum numero iterum esse, ut eadem actione, atque eodem tempore fiat, quibus alias factum est? Ideo que B. Paulus Athenis resurrectionem mortuorum *Aet. 17.* prædicansem Philosophorum quidam irriseunt:

tunt: quidam ab eo discesserunt, dicentes, hac de
re audiemus te alias. Qui quidem B. Paulus me-
ritò irridendus fuisset, si naturali virtute facienda
mortuorum resurrectionem prædicasset, uerum
quia resurrectionis opus diuinæ virtutis, quæ im-
mensa & infinita est, tribuebat; neque hoc myste-
rium se suo ingenio, tanquam Poëtam aliquem,
confinxisse, sed à Deo accepisse aiebat, potius ad-
mirandus, quidam irridendus fuit: cum præsertim
teliqua eius doctrina esset diuina, & uita cœlestis.
Nec uero est resurrectio mortuorum, quam Chri-
stiani prædicant, similis Palingenese Pythagori-
corum: quam iure multis in locis multis ratione-
bus Aristoteles reprehendit. Namq; illi uolunt ho-
minum animas è corporibus in corpora, etiam
non humana, semper nunc in hæc, nunc in
illa migrare; neque huius migrationis ratio-
nem ullam docent, ullamvè causam efficientem.
Nos vero afferimus in suam corpora, non in alie-
na nulla alia virtute, quam diuina, cui patet omnis
natura, semel tantum, non sibi, ad temporis mo-
mentum, & (ut loquitur B. Paulus) in ictu oculi,
non certis temporis interuallis omnes omnium ho-
minum animas reddituras: ut corpora, quæ fuerunt
in terris, ubi locus est homini bene, maleve meren-
di de Deo; quedam quasi instrumenta animatum
ad certa opera mundia, sint etiam vel in celis, vel
in mundi partibus inferioribus pro bene, maleve
meritis premiorum, suppliciorumque confortia. An
non probabilius est omnibus, & ad veritatis spe-
ciem magis accedit, quod hominum animæ semel
in sua corpora reddituræ sint, quam quod frequen-
ter in aliena transiunt. Nec Platonii assentimur,
qui negat beatum hominem esse posse cum corpo-
re: quod ait animæ, quæ terrenarum rerum amore
capta

tapta è cœlo in hunc orbem inferiorem dilabitur, pro malæ cupiditatis pœna destinari. Foret istud sanè verum, si anima semper esset in corpore granui, & caduco, taliquām in obscuro quodam, & fendo ergastulo; at cum corpore subtili, agili, lucido, immortali, non intelligo, cur homo non possit esse beatus. Ni fortè quis neget cum Platone corpus esse partem alteram hominis: siquidem Plato voluit hominem esse tantum ipsam animam, non autem constare anima, & corpore. Verum hæc opinio non solum ab omnibus damnata Theologis, sed etiam ab omnibus explosa Philosophis est. Quare si corpus est altera pars hominis, ut homo sit in coelis omni ex parte beatus, necesse est anima suum corpus aliquando resumat. Et quidem fateor cum B. Augustino inter Christianarum doctrinarum doctissimos viros posse qualia sanctorum corpora in resurrectione futura sint, aliquanto scrupulosius disputati; ac quis eorum tactus, quæ sensiles qualitates, quis motus, & huiusmodi alia queri: non tam, quia comprehendere nequiuimus qualia corpora in resurrectione futura sint, ob id nostra de resurrectione mortuorum fides vana & inanis est, cum diuina sit. Hoc sanè absque villa hæsitatione credimus, quod semper futura sunt: & corpus, quod nascendo est animale, fieri resurgendo spiritale: In animali est forma terreni hominis, in spirituali est imago celestis. Sed ne à proposito euagmissemus, quæramus cù Theologis resurrectionis causas efficientes, instrumentū, ministros. Efficiens resurrectionis causa est vis diuina, siue diuinitas, instrumentum est Christi humanitas, quæ semper est cù diuinitate coniuncta; ministri sunt spiritus coelestes, siue Angeli. Ac quoniam resurrectionis mysterium non physicis rationibus competitum est, sed diuinis ocululis

- raculis editum, audite quæso ipsa diuina oracula,
Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum è mortuis, viuifica
s. Co. 4. bit & immortalia corpora nostra. &c., Qui suscitauit
I. Co. 6. Dominum Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. &c.,
Pf. 40. Deus verò & Dominum suscitauit, & nos suscita-
bit per virtutem suam. & in Psalmo 40. Christus
ad Deum patrem dicit, Resuscita me. Est sanè Christus
stus, ut homo, suscitatus à Deo: tamen ut Deus, su-
scitauit seipsum. Hoc in Psalmo 3. ait, Ego dormi-
ui, & soporatus sum, & exurrexi: & in Psalmo 16.
Pf. 56. Exurgam diluculo. & in Evangelio B. Ioannis Sol-
Io. 2. uite, inquit, Iudeis suis aduersarij templum, hoc,
Ma. 12. nimis corpus Deitatis templum; & tribus die-
bus reædificabo illud. Tribus diebus, inquit, non
quod tres dies in templi sui reædificatione cōsum-
plerit; nam momento temporis reædificauit, & ani-
majuñcta corpori est; sed quod hoo temporis spa-
cio iacuit in sepulchro: sicut Ionas Propheta tres
Ofe. 6. dies in ventre ceti fuit. Vnde Propheta ille inquit
die tertia suscitabit nos. Quod verò Christi resur-
rectio sit nostræ resurrectionis causa, sic docet Apo-
st. Co. 15. stolus, Si resurrectio mortuorum non est, neque
Christus resurrexit. Inanis est ergo prædicatio no-
stra, inanis est & fides vestra: quandoquidem præ-
dicatur, & creditur id, quod non est; atque spera-
tur id, quod nunquam habetur. Ionas quidem, &
mendax Apostolorū prædicatio; quia falso peruuil-
garunt à Deo Christum resuscitatum esse, cùm su-
scitatus non sit. non est autem suscitatus, si mor-
tui non resurgent. Inanisq; & vana fides nostra;
quia credimus nos in vitam reuocabiles in quam,
si Christus nō resurrexit, nunquam reuocabimur.
s. Co. 15. Quam igitur felicitatem habebimus? Nunc autem
(vt idem B. Paulus ait) Christus resurrexit à mor-
tuis priusq; dormientibus: quodiam quidem per
primo-

priorem hominem mōs, & per posteriorem hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Atque ut cōrporum, sic etiam animarum resurrectionis causa est resurrectio Christi. Quam rem illis verbis B. Paulus affirmat, Resurrexit propter iustificationem nostram. Etenim iustificatio nihil aliud est, quam animæ à peccati morte in diuinę gratiā, diuinarumque virtutum vitam resuscitatio. Iustificari enim est ex iniusto iustum fieri, siue ab iniustitia in iustitiam, vel à creato bono, quod pro summo habere iniquum est, ad increatum bonum, cui adhēdere optimū, & optatissimum est, conuerti. At quo pacto increatum bonum amare possum, quod ignoro? aut quo pacto cognoscere possum absque diuini luminis illustratione? Quis autem mihi diuīnum lumen porrigit, nisi Deus? Sed cur mihi Deus inimico diuinæ bonitatis lumē suum prætendet, si non prius cum ipso conciliier? Quis verò me potest cum Deo reconciliare, nisi qui pro me mortuus est, & resurrexit homo & Deus Christus Iesus? qui ut sua morte nos in Dei patris gratiam reduxit, sic sua resurrectione nos in æternam vitam reuocauit. Itaq; cum B. Paulo dicimus, Si, cū inimici essemus, recōciliati sumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Igitur qui traditus est propter delicta nostra, idem resurrexit propter iustificationem nostram; vt per eius resurrectionem vitam æternam consequeremur: pro qua sancti homines non dubitarunt quosvis dolores, & cruciatus fortiter, libenterque perferre. Quamobrem, si animæ vita in cognitione, & dilectione Dei est; fidei verò, qua Deum cognoscimus, & charitatis, qua Deum diligimus, tons & origo est gratia Christi; quæ nul-

Rom. 4.

Rom. 5.

Rom. 4.

la

la quidem esset, si Christus è mortuis non resurrexisset, quia in ipsum aliter non crederemus, neque in ipso speraremus; prosequò vitam per Christi resurrectionem adepti sumus. Itaque B. Paulus preclarè Christum vitam nostram vocat. Idemq; scribit ad Galatas, Quod autem viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Atque idē, Viuo, inquit, ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. & idem ait, Mihi viuere Christus est. Ab Adam, Auditores charissimi, corpus; à Christo spiritum accipimus. & quidem priùs fuit, quod animale, deinde quod spiritale est. Adam est hominum sator; Christus Sanctorum patens. Ille genus humanum sua prauitate perdidit, hic sua bonitate saluavit. Ab illo culpam trahimus, quæ nos in Diaboli servitutē tradit: ab hoc gratiam ducimus, quæ nos diuinæ benevolentiae commendat. In hereditate, quæ testamento Adæ nobis obuenit, sunt ignoratio veri, prauitas voluntatis, actiones malæ: at bona, quæ suis Christus reliquit testamento, quod suo sanguine confirmauit, sunt veri cognitio, iustitia, recte facta. Non igitur nisi cum Christo qualquam spiritualiter resurget; cuius resurrectione ad iustitiae vitam reparantur, quæ tota sancta, pura, & candida est: quam significat vestis alba, quæ in baptismo datur. Nec inscitè diuinam gratiam, quæ nos ex interitu, in quem peccando ruimus, reuocat in vitam, quam suis fidelibus Christus comparauit. B. Paulus nouam creaturam appellat: quoniam ipsam Deus non cum taliquis naturalibus donis creauit, sed recenter in nostris animis creat, dum nos per Christi fidem ab impietate, & impuritate ad pietatem, & sanctitatem conuerxit. & animum hac gratia reformatum idem B. Paulus nouum hominem vocat: sicut veterem hominem nuncupat, qui subiectus

*Col. 3.**Gal. 3.**Ibid.**Phil. 1.**Gal. 6.*

Etas est peccato : cuius dura nimis , & vetulta seruitus est . Vocat præterea ipsam diuinam gratiam nouum hominem , quod sit humani animi nouus habitus ; sicut vetustam animi præbitatem , quam à primi hominum parentis flagitio copera himus , veterem hominem appellat , quod sit vetus hominis habitus . Quem ut exuamus , & nouum induamus Col. 3.
 idem nos B. Paulus hortatur . Exuimus vetrem hominem , cùm motimur peccatis ; induimus nouum , cùm in vitam gratiæ cum Christo resurgimus .
 Vellem Auditores charissimi , glorioissimam Christi resurrectionem , tanquam renouatam Aquilæ iumentum , aut resplendentem carnem , vel è suomet tumulo Phœnicis ortu describere : qua victa mors , profligatus Diabolus , expulsa tenebra , illuminatus orbis , ornata terra , decoratum celum , repletum lumen yniuersum est : vellem quoque glorioli corporis dotes exponere subtilitatem , agilitatem , splendorem , & immortalitatem ; è quibus coniicitur quâta sit animæ gloria , cùm tanta sit corporis , quæ ex beatitudine animæ deriuatur : sed me tempus propter alia diuina officia longiorum esse non patitur . At mecum ipse gaudebo , & summis triumphabo lætitijs , quod hac die Christus nostri corporis corruptionem sua morte deleuit ; ac resurgentem clarissimum de profligatis deletisque hostibus victoriæ signum efferens , nos in libertatis , salutis , & gloriæ spem maximam erexit . Etenim qui sua passione , ad quam tanquam agnus ductus est , quæ malitia pro pietate ferenda sint docuit , sic sua resurrectione , qua tanquam leo de tribu Iuda , è qua secundum carnem ortus est , quæ bona ex malorum pro diuina iustitia perpessione sperare debeamus ostendit , scilicet pro mortalitate immortalitatem , pro infirmitate virtutem , pro cōtumelia gloriam .

Mo-

256 DOMINICA

Moneoque vos omnes, ut spiritu resurgatis, ni velis in corporum resurrectione, cum Dominus ad iudicandum venerit, ad paratum Diabolo, & Angelis eius aeternum ignem damnari. Quod si forte quis cupit resurrectionis spiritualis signa cognoscere, aduertat quales cogitationes, & actiones suscipiat. Nam eius, qui resurrexit cum Christo, cogitationes sunt non de terrenis bonis, sed de celestibus, & aeternis. Idque testificatur Apostolus, inquiens, Si consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt querite; ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram. Et quoniam sunt cogitationibus similes actiones, profectò qui coelestia sapit, non secundum se, hoc est, secundum carnis desideria, sed secundum Deum, cuius numine agitur, vivit. Caveatq; uxoris Loth exemplum, quæ quia retro aspexit, in statuam falsis versa est, ad veterem vitam reuerti, qui nouam iniuit, ne celesti gloria cœatur indignus, quia diuinam gratiam contempserit. Versemur itaque totis animis in celo:

vbi uera

bona,

&

Sempiterna gaudia sunt.

DQ-

DOMINICA IN ALBIS

C O N C I O

De Pace.

DOn video quibus uerbis, Auditores
 charissimi, saluere vos aptius iubeā
 ex hoc suggero, in quod facturus
 uobis de veltra salute uerba cōscen-
 di, quām quibus Iesus Christus post
 suam resurrectionem in medio suorum discipulo-
 rum stans eos saluere iussit, nimirūm, Pax vobis.
 Quem salutandi morem seruari etiam à suis disci- *Ioa. 20.*
 pulis præceperat, cùm primūm in aliquod hospi- *Ma. 10.*
 tium intrarent. Si enim saluere est salutem dice- & *Luc.*
 re; omnis autem salus tam animi, quām corporis *10.*
 in recta quadam partium compositione consistit;
 quē propriè pax nominatur, sanè qui alicui pacem
 optat, is illi omnem salutem & incolumitatem o-
 ptat. Quæso uos, Auditores charissimi, ut me de
 pace lœtissimo passionis, & resurrectionis Christi
 fructu dicentem, attente audiatis. Et quidem non
 modò res, uerūm etiam ipsum nomen pacis omni-
 bus iucundissimum est: qua nihil cogitari melius,
 nihil inueniri antiquius, nihil dici præclarius, ni-
 hil audiri suauius potest. Nec profectò quisquām
 hominum vsquām est, qui pacem, vt maximum
 Dei donum, non maximè amet. Quid? quod illi
 ipsi, qui bellum gerunt, pacis causa gerunt, vt pa-
 ceatam aliquando uitam, & tranquillam agant.
 Quis enim bellum belli causa suscipiat, ut semper
 in grauibus laboribus & periculis versetur; & , à
 R quibus

quibus natura, & omnis amabilis uitæ ratio refit,
git, illa ipse continuo studio persequatur? Est ne
quisquam uestrum, qui nolit omnibus affici gau-
dijs, atque perfundi? At quod gaudiū illi est, quem
angit cura, uexat labor, conficit dolor? Hæc por-
rò mala sunt belli socia; quæ omnem animi lœti-
tiam, tranquillitatemque perturbant, Quòd si à
pace, animique tranquillitate est lœtitia, certè sine
pace nemo lœtè & hilarè uixerit. Omnes igitur
pacem appetunt; quia gaudiorum omnium parés
Prov. 12. est pax. Vnde in sacris Proverbijs legitur, Qui pa-
cis ineunt consilia, sequitur eos gaudiū, & præcla-
rè B. Augustinus inquit, Sicut nemo est, qui gau-
dere nolit, sic nemo est, qui pacem nolit. Sed me
fortè uestrum aliquis roget, si pax optatissimum
bonum est, cur non pacem inter nos omnes habe-
mus? vnde tot dissidia? tot contentiones? tot pu-
gnæ? quia vel ignoramus, vel non requirimus ve-
ram, & solidam pacem. Ut enim omnes homines
summum bonum optant; quia volunt omnes esse
beati: non tamen ipsum omnes quod, qualeque sit
intelligunt; sic etiam omnes homines pacem a-
mant, nec tamen omnes veram pacem agnoscunt.
Omitto quoddum sumus in terris, propter conti-
nuatam inter carnem, & spiritum, siue sensum, &
rationem pugnam, ac multarum rerum egestatem,
& frequentes uitæ molestias nullo modo perfectâ
pacem habere possumus. Quamobrem quid pax,
& quæ vera pax sit, quam optare, quærere, tenere,
amplecti omni studio, & diligentia debeamus, ex-
plícemus oportet. Sanctus Augustinus Ecclesiæ
sanctæ lumen in libris, quos de ciuitate Dei doctil-
simè, atque elegantissime scripsit, pacem multis mo-
dis definit: sed his verbis posse arbitror breviter, a-
preque finiri, Pax est uita status finè dissensione,

sc

& perturbatione concors atque tranquillus , nana bellum, quod paci opponitur, nihil aliud est, quam turbatæ uitæ conditio . Est autem inter res contrarias pugna . Pugnant inter se ignis , & aqua propter contrarias, quas habent, qualitates ; siquidem ignis est calidus & siccus , aqua frigida , & humida : pariterque bellum est inter aërem & terram ; quia terra frigida, & sicca est, contrà calidus & humidus aér . Cùm aliquod horum elementorum nulla à contrario elemento infesta sibi qualitate afficitur, in pace tunc esse, cùm verò afficitur, certare tunc dicitur cum sibi contrario elemento ; quoniam illius conatui repugnat, ne in illius ditio nem, & potestatem à ui cōtraria redigatur. Itaque cùm à cōtrario elemento nil aduersi patitur , intra suos fines continetur; cùm uero patitur, è suis finibus terminisque turbatur . Ergo nulla contraria re affici, nullaque re aduersa turbari est nullam pati repugnantiam , hoc autem est in pace esse . Pax igitur est sine pugna & contentione uitæ status atque conditio . Vnde & pax est quies quædam, & quiescere est pacem trahere . Est equidem quies secundum Philosophos res motui contraria, scilicet, motus vacuitas: motus autem est uel ex hoc in illum locum , uel ex una in aliam formam , uel ex ista in contrariam qualitatem , uel è minore in maiorem , aut è maiore in minorem quantitatem mutatio . Quarè cum ab eodem quis loco non discedit, aut eandem retinet formam, aut seruat eandem qualitatem , aut continetur eisdem magnitudinis terminis , à Philosophis quiescere dicitur . Nos vt ea, quæ sunt corporis, ad animum transferamus , & aspectabilium rerum similitudine nostro intelligendi more percipiamus non aspectabiles , motum animi dicimus sive perturbationem, quæ à

R 2 recte

recto statu animum dimouet : perturbationis vero, ac molestiae vacuitatem vocamus animi quietem, & pacem . Et dici quidem vix potest, quantum cupiditas & metus, gaudium & dolor primi concitatores , & auersi a ratione motus mentem hominis, vitamque perturbent . His etenim motibus animus in partes varias impellitur ; & tanquam in mari nauis magnis fluctibus huc, illucque iactatur . Tunc igitur pax animo est , cum in sua sede quietit, neque ullis perturbationibus afficitur . Ex quo pax etiam est perturbationum quedam sedatio, atque tranquillitas a malacie, seu maris tranquillitate ducta similitudine . Nam ut tranquillum est mare , cum eius fluctus nullo motu uentorum aguntur, sic tranquillus est animus, cum eius cogitationes, & appetitiones nullis infestis motibus agitantur . Quocircum si quiete viuit, qui tranquille viuit, & qui tranquillè, ac quiete viuit, pace fruitur; certè pax, quies, & tranquillitas rem eandem notant, licet ob diuersas rationes diuersa nomina sint, nam pax bello, quies motui, tranquillitas perturbationi opponitur . Præterea pax est concordia quedam opinionem, & uoluntatum . Nam concordes uocamus non solum eos, qui idem volunt, sed etiam eos, qui idem sentiunt: quandoquidem cor & mentem, & voluntatem significat . Est etenim concordia diuersarum partium inter se certa ratione conueniens compositio: quæ in sonis harmonia, in corporis animati temperatione sanitas appellatur . Quia uero diuersarum partium recta compositio in quadam æqualitate pro illarū proportione consistit, & æqualitas est iustitia quedam, quæ diuersarum rerum, & personarum ad certam proportionem habet rationem, ideo pax, quæ concordia est, iustitia quedam est , uel certe (vt B. Esajas ait) opus

opus iustitiae. Siquidem nulla tunc est contentio, cùm tribuitur cuique quod suum est. Vnde nam obsecro putatis enata tot dissidia, tot discordias, tot seditiones, tot bella, nisi ex hoc, quod quisque credit sibi ius suum esse negatum? At verò si quis suo contentus non est, is profectò iniquus est. Tollite inquit Seneca, quod ipsum inquit etiam B. Chrysostomus, è medio mortalium meum, & tuum, omnis erit sublata contentio. Et quidem omnium inimicitarum causa est iniuria, res, inquam, alteri contra ius vel opere, vel verbo facta, seu personam violans, seu facultates immunituēs: diciturque damnum accipere, qui iniuriā patitur, contraque accipere lucrum, qui iniuriā facit: emendaturque iniuria, cùm damnum compensatur lucro, & res omnis ad equalitatem quamdam redigitur. Tunc profectò ab æqualitate sedantur inimicitiæ, & redditus in pacem fit. Pacem igitur seruamus, cùm iustitiam tuemur, pacis procreatricem, atque parentem. Quamobrem arbitror operæ pretium fore quid iustitia, quotque eius partes sint breuiter exponere, ut pacis naturam agnoscamus, & eius foras consideremus, ac veram, & perfectam amemus. Iustitia communiter ab omnibus definitur ius suum cuique tribuens virtus: quomunere omnem hominum communitatē societatemque conseruat. Est equidem iustitiam virtus moralis; quoniam est voluntatis recta, & constans affectio. Mores autem ad appetitum pertainent; & voluntas est appetitus intelligens. Est & Politica, siue ciuilis virtus: quia hominum concilia, cœtusque custodit. Ideoque omnium virtutum & moralium, & ciuilium præstantissima; & præclarissima est; quoniam est difficillima, & utilissima. Namque omnibus præstare difficillimum est: & bō

num èò melius; & amabilius est, quò latius manat.
 At iustitia inter omnes virtutes, vt inter stellas He
 sperus, elucet: neque vnius solum, vt reliquæ mo
 rales virtutes, sed omnium consulit utilitatibus.
 Nec iustitia propriè, nisi inter plures est, inter quos
 est societas quædam vitæ atque communitas: vide
 licet inter homines, quos ad degendam commo
 dius, & tuius vitam ratio conciliat, atque conso
 ciat. Ab hac ciuali iustitia pax est inter homines:
 qui ad societatem quandam, & vitæ communita
 tem nati, & instituti sunt. Atque hæc pax vocatur
 exterior, quoniam extra nos est. Nam est etiam pax
 alia interior, quæ in nobis ipsis est inter animæ dif
 ferentes partes superiorum, & inferiorem, rationem,
 inquam, & appetitum. Inter quas animæ diuersas
 potentias, seu virtutes, vt inter diuersos homines,
 qui respectum quendam inter se habent, per simi
 litudinem quandam iustitia est. quæ tunc serua
 tur, cum unaquæque vim suam seruat, & suum mu
 nus exerceat. Quod autem in nobis sit appetitus
 quidam vel ira, vel libidine ardens, omnes quidem
 sentiunt; in quibus ullus est sensus: quodque etiā
 in nobis sit ratio, scilicet vis quædam superior, do
 cens quæ honesta, quæque turpia sint, ac prauos
 animi motus corrigens & coercens, nemo etiam
 est, qui non sentiat, si compos est sui. Et B. Paulus,
 Rom. 7. Video, inquit, aliam legem in membris meis, repu
 gnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in
 Cap. 3. lege peccati, quæ est in membris meis. Idemq; ad
 Galatas scribit, Caro concupiscit aduersus spiritū.
 Hanc pugnam qui sentit. (nemo est autem, qui no
 sentiat) cognoscit duas esse in se ipso differentes,
 ac discrepantes partes, alteram præcipientem bo
 num, alteram iubentem malum; illam honestate
 gaudentem, hanc turpitudine gestientem. Quod si
 æquum

Quum est, & ius naturæ præscribit, ut nobilior im-
peret ignobiliori, & obtemperet hebes ingeniosi
(siquidem hebes est natura seruus ingeniosi) di-
gnum, & iustum est, ut rationi appetitus, non ap-
petitui subiecta sit ratio. Tunc igitur est inter has
animæ differentes partes iustitia, cum in homine
ratio dominatum, quem ipsi natura dedit, tenet in
appetitum, & appetitus rationi obediens est. Hæc
porro iustitia dicitur rectitudo animi, & sanitas:
quoniam omnes animæ partes secum una conser-
tiunt. Atque ex hac iustitia pax interior est. Est
& alia iustitia inter hominem, & Deum: cum vi-
delicet summo omnium rectori, & domino sum-
mum cultum, quem Græci latram vocant, tribui-
mus. Atque hæc iustitia propriè religio nomina-
tur, quæ tamen à perfecta iustitiae ratione hoc de-
clinat, quod diuino numini patrem venerationem
habere pro nostræ mortalitatis humilitate non pos-
sumus: quandoquidem humana conditio sine mo-
do & fine distat a maiestate diuina. Aspicitis Au-
ditores charissimi, tres iustitiae formas, unam inter
ipsos homines, quæ primò, ac propriè iustitia no-
minatur; eademque ciuilis dicitur, quatenus ho-
minum cœtus, societasque tuetur: alteram inter
ipsius humanæ animæ partes superiorem, & infe-
riorem, siue rationem, & appetitum: quæ per simi-
litudinem quandā, siue translationem dicta iusti-
tia est: tertiam inter hominem, & Deum, quam dixi-
mus vocari religionē. Prima dicitur exterior; alte-
ra interior; tercia partim exterior, partim interior,
quatenus Deus & in nobis, & extra nos est. Pariter
quoq; tres pacis formas aspicitis, nempe cum Deo,
nobiscum, atque cum alijs. Tunc nobis pax est cū
Deo, cum animus Deo subiectus est, diuinisq; mā-
datis obtemperat; nobiscum verò tunc est, cū ra-

R 4 tioni

la quidem esset, si Christus è mortuis non resurrexisset, quia in ipsum aliter non crederemus, neque in ipso speraremus; profectò vitam per Christi resurrectionem adepti sumus. Itaque B. Paulus preclarè Christum vitam nostram vocat. Idemq; scribit ad Galatas; Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Atque idē, Viuo, inquit, ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. & idem ait, Mihi viuere Christus est. Ab Adam, Auditores charissimi, corpus; à Christo spiritum accipimus. & quidem prius fuit, quod animale, deinde quod spiritale est. Adam est hominum sator; Christus Sanctorum pārens. Ille genus humanum sua prauitate perdidit, hic sua bonitate saluavit. Ab illo culpam trahimus, quæ nos in Diaboli seruitutē tradit: ab hoc gratiam ducimus, quæ nos diuinæ benevolentiæ commendat. In hereditate, quæ testamento Adæ nobis obuenit, sunt ignoratio veri, prauitas voluntatis, actiones malæ: at bona, quæ suis Christus reliquit testamento, quod suo sanguine confirmauit, sunt veri cognitio, iustitia, recte facta. Non igitur nisi cum Christo quicquam spiritualiter resurget; cuius resurrectione ad iustitiae vitam reparamur, quæ tota sancta, pura, & candida est: quam significat vestis alba, quæ in baptismo datur. Nec inscritè diuinam gratiam, quæ nos ex interitu, in quem peccando ruimus, reuocat in vitam, quam suis fidelibus Christus comparauit, B. Paulus nouam creaturam appellat: quoniam ipsam Deus non cum taliquis naturalibus donis creauit, sed recentier in nostris animis creat, dum nos per Christi fidem ab impietate, & impuritate ad pietatem, & sanctitatem conuerterit. & animum hac gratia reformatum idem B. Paulus nouam hominem vocat: sicut veteram hominem nuncupat, qui subiectus

*Col. 3.**Gal. 3.**Ibid.**Phil. 1.**Gal. 6.*

Etus est peccato : cuius dura nimis , & vetulta seruitus est . Vocat præterea ipsam diuinam gratiam nouum hominem , quod sit humani animi nouus habitus ; scut vetustam animi prænitatem , quam à primi hominum parentis flagitio contrahitus , veterem hominem appellat , quod sit vetus hominis habitus . Quem vt exuamus , & nouum induamus Col. 3. idem nos B. Paulus hortatur . Exuimus veterem hominem , cùm morimur peccatis ; induimus nouum , cùm in vitam gratiæ cum Christo resurgimus .

Vellem Auditores charissimi , gloriissimam Christi resurrectionem , tanquam renouatam Aquilæ iumentum , aut reflöescentem carnem , vel è suometu mulo Phœnicis ortū describere : qua victa mors , profligatus Diabolus , expulsa tenebra , illuminatus orbis , ornata terra , decoratum celum , repletum lætitia uniuscūm est : vellem quoque glorioli corporis dotes exponere subtilitatem , agilitatem , splendorem , & immortalitatem ; è quibus coniicitur quāta sit animæ gloria , cùm tanta sit corporis , quæ ex beatitudine animæ derivatur : sed me tempus propter alia diuina officia longiorem esse non patitur . At mecum ipse gaudebo , & summis triumphabo lætitijs , quod hac die Christus nostri corporis corruptionem sua morte delevit ; ac resurgendo clarissimum de profligatis deletisque hostibus victoriæ signum effenens , nos in libertatis , salutis , & gloriæ spem maximam erexit . Etenim qui sua passione , ad quam tanquam agnus ductus est , quæ malitia pro pietate ferenda sint docuit , sic sua resurrectionem , qua tanquam leo de tribu Iuda , è qua secundum carnem ortus est , quæ bona ex malorum pro diuina iustitia perpessione sperare debeamus ostendit , scilicet pro mortalitate immortalitatem , pro infirmitate virtutem , pro cōtumelia gloriam .

Mo-

256. DOMINICA

Moneoque vos omnes, ut spiritus resurgatis, ni velitis in corporum resurrectione, cum Dominus ad iudicandum venerit, ad paratum Diabolo, & Angelis eius æternum ignem damnari. Quod si forte quis cupit resurrectionis spiritualis signa cognoscere, aduertat quales cogitationes, & actiones suscipiat. Nam eius, qui resurrexit cum Christo, cogitationes sunt non de terrenis bonis, sed de cœlestibus, & æternis. Idque testificatur Apostolus, inquiens, Si consurrexitis cum Christo, quæ sursum sunt querite; ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram. Et quoniam sunt cogitationibus similes actiones, profectò qui cœlestia sapit, non secundum se, hoc est, secundum carnis desideria, sed secundum Deum, cuius nomine agitur, vivit. Caveatq; uxoris Loth exemplo, quæ quia retro aspexit, in statuam falsis versa est, ad veterem vitam reuerti, qui nouam iniuit, ne cœlesti gloria cœatur indignus, quia diuinam gratiam contempsit. Versemur itaque totis animis in cœlo:

vbi uera
bona,
&

sempiterna ga-
dia sunt.

D O -

DOMINICA IN ALBIS

C O N C I O

De Pace.


Pon video quibus uerbis, Auditores
 charissimi, saluere vos aptius iubeā
 ex hoc suggesto, in quod facturus
 uobis de veltra salute uerba cōscen-
 di, quām quibus Iesus Christus post
 suam resurrectionem in medio suorum discipulo-
 rum stans eos saluere iussit, nimirūm, Pax vobis.
 Quem salutandi morem seruari etiam à suis disci *Ioa. 20.*
 pulis præceperat, cùm priuūm in aliquod hospi- *Ma. 10.*
 tium intrarent. Si enim saluere est salutem dice- *& Luco-*
 re; omnis autem salus tam animi, quām corporis *10.*
 in recta quadam partium compositione consistit;
 quē propriè pax nominatur, sanè qui alicui pacem
 optat, is illi omnem salutem & incolumentem o-
 ptat. Quæso uos, Auditores charissimi, ut me de
 pace lætissimo passionis, & resurrectionis Christi
 fructu dicentem, attente audiatis. Et quidem non
 modò res, uerūm etiam ipsum nomen pacis omni-
 bus iucundissimum est: qua nihil cogitari melius,
 nihil inueniri antiquius, nihil dici præclarius, ni-
 hil audiri suauius potest. Nec profectò quisquām
 hominum usquam est, qui pacem, vt maximum
 Dei donum, non maximè amet. Quid? quod illi
 ipsi, qui bellum gerunt, pacis causa gerunt, vt pa-
 catam aliquando uitam, & tranquillam agant.
 Quis enim bellum belli causa suscipiat, ut semper
 in grauibus laboribus & periculis versetur; & , à
 R quibus

quibus natura, & omnis amabilis uitæ ratio refertur, illa ipse continuo studio persequatur? Est ne quisquam uestrum, qui nolit omnibus affici gaudijs, atque perfundi? At quod gaudiū illi est, quem angit cura, uexat labor, conficit dolor? Hæc porro mala sunt belli socia; quæ omnem animi lœtitiam, tranquillitatemque perturbant, Quod si à pace, animique tranquillitate est lœtitia, certè sine pace nemo lœte & hilarè uixerit. Omnes igitur pacem appetunt; quia gaudiorum omnium parés est pax. Vnde in sacris Proverbijis legitur, Qui pacis inuenit consilia, sequitur eos gaudiū, & præclarè B. Augustinus inquit, Sicut nemo est, qui gaudere nolit, sic nemo est, qui pacem nolit. Sed me forte vestrum aliquis roget, si pax optatissimum bonum est, cur non pacem inter nos omnes habemus? vnde tot dissidia? tot contentiones? tot pugnæ? quia vel ignoramus, vel non requirimus veram, & solidam pacem. Ut enim omnes homines summum bonum optant; quia volunt omnes esse beati: non tamen ipsum omnes quod, qualeque sit intelligunt; sic etiam omnes homines pacem amant, nec tamen omnes veram pacem agnoscunt. Omitto quoddam, dum sumus in terris, propter continuatam inter carnem, & spiritum, siue sensum, & rationem pugnam, ac multarum rerum egestatem, & frequentes uitæ molestias nullo modo perfectam pacem habere possumus. Quamobrem quid pax, & quæ vera pax sit, quam optare, querere, tenere, amplecti omni studio, & diligentia debeamus, explicemus oportet. Sanctus Augustinus Ecclesiæ sanctæ lumen in libris, quos de ciuitate Dei doctilissime, atque elegantissime scripsit, pacem multis modis definit: sed his verbis posse arbitror breuiter, atque finiri, Pax est uitæ status sine dissensione,

&c

& perturbatione concors atque tranquillus , nam bellum, quod paci opponitur, nihil aliud est, quam turbatæ uitæ conditio . Est autem inter res contrarias pugna . Pugnant inter se ignis , & aqua propter contrarias, quas habent, qualitates ; siquidem ignis est calidus & siccus , aqua frigida , & humida : pariterque bellum est inter aërem & terram ; quia terra frigida, & sicca est, contrà calidus & humidus aér . Cùm aliquod horum elementorum nulla à contrario elemento infesta sibi qualitate afficitur, in pace tunc esse, cùm verò afficitur, certare tunc dicitur cum sibi contrario elemento ; quoniam illius conatui repugnat, ne in illius ditio nem, & potestatem à ui cōtraria redigatur. Itaque cùm à cōtrario elemento nil aduersi patitur , intra suos fines continetur; cùm uero patitur, è suis finibus terminisque turbatur . Ergo nulla contraria re affici, nullaque re aduersa turbari est nullam pati repugnantiam , hoc autem est in pace esse . Pax igitur est sinè pugna & contentione uitæ status atque conditio . Vnde & pax est quies quædam, & quiescere est pacem trahere . Est equidem quies secundum Philosophos res motui contraria, scilicet, motus vacuitas: motus autem est uel ex hoc in illum locum , uel ex una in aliam formam , uel ex ista in contrariam qualitatem , uel è minore in maiorem , aut è maiore in minorem quantitatem mutatio . Quarè cum ab eodem quis loco non discedit, aut eandem retinet formam, aut seruat eandem qualitatem , aut continetur eisdem magnitudinis terminis , à Philosophis quiescere dicitur . Nos vt ea, quæ sunt corporis, ad animum transferamus , & aspectabilium rerum similitudine nostro intelligendi more percipiamus non aspectabiles , motum animi dicimus esse perturbationem, quæ à

R 2 recte

recto statu animum dimouet : perturbationis vero, ac molestiae vacuitatem vocamus animi quietem, & pacem . Et dici quidem vix potest, quantum cupiditas & metus, gaudium & dolor primi concitatores , & auersi à ratione motus mentem hominis, vitamque perturbent . His etenim motibus animus in partes varias impellitur , & tanquam in mari nauis magnis fluctibus huc, illucque iactatur . Tunc igitur pax animo est , cùm in sua sede quietit, neque ullis perturbationibus afficitur . Ex quo pax etiam est perturbationum quedam sedatio, atque tranquillitas à malacie, seu maris tranquillitate ducta similitudine . Nam ut tranquillum est mare , cum eius fluctus nullo motu uentorum aguntur, sic tranquillus est animus, cùm eius cogitationes, & appetitiones nullis infestis motibus agitantur . Quocircà si quietè viuit, qui tranquille viuit, & qui tranquillè, ac quietè viuit, pace fruitur; certè pax, quies, & tranquillitas rem eandem notant, licet ob diuersas rationes diuersa nomina sint, nam pax bello, quies motui, tranquillitas perturbationi opponitur . Præterea pax est concordia quedam opinionem, & voluntatum . Nam concordes uocamus non solum eos, qui idem volunt, sed etiam eos, qui idem sentiunt: quandoquidem cor & mente, & voluntatem significat . Est etenim concordia diuersarum partium inter se certa ratione conueniens compositio : quæ in sonis harmonia, in corporis animati temperatione sanitas appellatur . Quia uero diuersarum partium recta-compositio in quadam æqualitate pro illarū proportione consistit, & æqualitas est iustitia quedam, quæ diuersarum rerum , & personarum ad certam proportionem habet rationem, ideo pax, quæ concordia est, iustitia quedam est , uel certè (vt B. Esaias ait)

Cap. 32

opus

opus iustitiae. Siquidem nulla tunc est contentio, cùm tribuitur cuique quod suum est. Vnde nam obsecro putatis enata tot dissidia, tot discordias, tot seditiones, tot bella, nisi ex hoc, quod quisque credit sibi ius suum esse negatum? At vero si quis suo contentus non est, is profecto iniquus est. Tollite inquit Seneca, quod ipsum inquit etiam B. Chrysostomus, è medio mortalium meum, & tuum, omnis erit sublata contentio. Et quidem omnium inimicitarum causa est iniuria, res, inquam, alteri contra ius vel opere, vel verbo facta, seu personam violans, seu facultates immuniues: diciturque damnum accipere, qui iniuriant patitur, contraque accipere lucrum, qui iniuriam facit: emendaturque iniuria, cùm damnum compensatur lucro, & res omnis ad æqualitatem quandam redigitur. Tunc profecto ab æqualitate sedantur inimicitiae, & redditus in pacem fit. Pacem igitur seruamus, cùm iustitiam tuemur, pacis proætricem, atque parentem. Quamobrem arbitror operæ pretium fore quid iustitia, quoque eius partes sint breuiter exponere, ut pacis natram agnoscamus, & eius formas consideremus, ac veram, & perfectam amemus. Iustitia communiter ab omnibus definitur ius suum cuique tribuens virtus: quoniam munere omnem hominum communitatem societatemque conseruat. Est equidem iustitiam virtus moralis; quoniam est voluntatis recta, & constans affectio. Mores autem ad appetitum pertinent; & voluntas est appetitus intelligens. Est & Politica, siue ciuilis virtus: quia hominum concilia, coetusque custodit. Ideoque omnium virtutum & moralium, & ciuilium præstantissima; & præclarissima est; quoniam est difficilima, & utilissima. Namque omnibus præstare difficillimum est: & bo-

num èò melius; & amabilius est, quò latius manat.
 At iustitia inter omnes virtutes, vt inter stellas Hesperus, elucet: neque vnius solum, vt reliquæ morales virtutes, sed omnium consulit utilitatibus. Nec iustitia propriè, nisi inter plures est, inter quos est societas quædam vitæ atque communitas: vide licet inter homines, quos ad degendam commodiùs, & tuius vitam ratio conciliat, atque consociat. Ab hac ciuali iustitia pax est inter homines: qui ad societatem quandam, & vitæ communitatem nati, & instituti sunt. Atque hæc pax vocatur exterior, quoniam extra nos est. Nam est etiam pax alia interior, quæ in nobis ipsis est inter animæ differentes partes superiorē, & inferiorem, rationē, inquam, & appetitum. Inter quas animæ diuersas potentias, seu virtutes, vt inter diuersos homines, qui respectum quandam inter se habent, per similitudinem quandam iustitia est. quæ tunc seruantur, cum unaquæque vim suam seruat, & suum munus exerceat. Quod autem in nobis sit appetitus quidam vel ira, vel libidine ardens, omnes quidem sentiunt; in quibus ullus est sensus: quodque etiā in nobis sit ratio, scilicet vis quædam superior, docens quæ honesta, quæque turpia sint, ac prauos animi motus corrigens & coercens, nemo etiam est, qui non sentiat, si compos est sui. Et B. Paulus,
Rom. 7. Video, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Idemq; ad Galatas scribit, Caro concupiscit aduersus spiritū. Hanc plugham qui sentit (nemo est autem, qui nō sentiat) cognoscit duas esse in se ipso differentes, ac discrepantes partes, alteram præcipientem bonum, alteram iubentem malum; illam honestatem gaudentem, hanc turpitudine gestientem. Quod si
Cap. 5.

sequum est, & ius naturæ præscribit, vt nobilior im
peret ignobiliori, & obtemperet hebes ingeniosi
(siquidem hebes est natura seruus ingeniosi) di-
gnum, & iustum est, vt rationi appetitus, non ap-
petitui subiecta sit ratio. Tunc igitur est inter has
animæ differentes partes iustitia, cùm in homine
ratio dominatum, quem ipsi natura dedit, tenet in
appetitum, & appetitus rationi obediens est. Hæc
porrò iustitia dicitur rectitudo animi, & sanitas:
quoniam omnes animæ partes secum vna conser-
tuunt. Atque ex hac iustitia pax interior est. Est
& alia iustitia inter hominem, & Deum: cùm vi-
delicet summo omnium rectori, & domino sum-
mum cultum, quem Græci latram vocant, tribui-
mus. Atque hæc iustitia propriè religio nomina-
tur, quæ tamen à perfecta iustitiae ratione hoc de-
clinat, quod diuino numini patrem venerationem
habere pro nostræ mortalitatis humilitate non pos-
sumus: quandoquidem humana conditio sine mo-
do & fine distat a maiestate diuina. Aspicitis Au-
ditores charissimi, tres iustitiae formas, vnam inter
ipsos homines, quæ primò, ac propriè iustitia no-
minatur; eademque ciuilis dicitur, quatenus ho-
minum cœtus, sociatesque tuetur: alteram inter
ipsius humanæ animæ partes superiorem, & infe-
riorem, siue rationem, & appetitum: quæ per simi-
litudinem quandā, siue translationem dicta iusti-
tia est: tertiam inter hominem, & Deum, quam dixi-
mus vocari religionē. Prima dicitur exterior; alte-
ra interior; tertia partim exterior, partim interior,
quatenus Deus & in nobis, & extra nos est. Pariter
quoq; tres pacis formas aspicitis, nempe cum Deo,
nobiscum, atque cum alijs. Tunc nobis pax est cū
Deo, cùm animus Deo subiectus est, diuinisq; mā-
datis obtemperat; nobiscum verò tunc est, cùm ra-

tioni paret appetitus: at cù alijs tunc est , cùm vni-
cuiq; tribuimus quod suum est . Attamen neque
cum alijs , neque nobiscum pacem vnquam habe-
bimus , ni cum Deo priùs ipsam habuerimus . Is-
etenim, qui cœlum creauit, & terram hominem fe-
cit rectum, nulla prauitate corporis, animive defor-
mem . Neque enim ab eo, cuius summa potentia ,
sapientia, & bonitas est, res vlla prava, & peruersa,
& quæ aliquid offensionis haberet , fieri potuit .
Quæ prima hominis rectitudo dicta est iustitia ori-
ginalis: quam videlicet homo in ipso primo sui or-
tu natus est: cùm subiecta mens erat Deo, & cor-
pus animæ ; atque inferiores animæ potentiae non
recusabant rationis imperium , cui natura regium
dederat principatum. Quo in statu nihil contra vo-
luntatem anime corpori accidere poterat; quia nec
diuinæ voluntati repugnabat humana . Atque hic
hominis vitæ primus status dictus est innocentia;
in quo. s. nulla cuiquam fiebat iniuria . Retinebat
amicè, & beneuole quisq; ius suum sine dolo, sine
auaritia, sine cupiditate regnandi : parebat appeti-
tus rationi sine vlla contentione & repugnancia :
diuinum quoque numē homo summo cultu & ho-
nore dignabatur: nihil male, nihil prava, nihil tur-
piter, nequiterque fiebat. Vbi verò summi regis po-
tentiam homo contempsit, & diuinum iussum de-
spicatu habuit, tunc appetitus à ratione descivit,
quæ à diuinâ lege defecerat: stimulatèque animos
rerum malarum cupiditate inter ipsos homines or-
tæ sunt rixæ, contentiones, inimicitia, dissidia, bel-
la. Sic pax, quæ vitam hominis fœlicem, beatamq;
reddebat, ex ipso homine, & ex ipso hominum ce-
tu expulsa, exterminata, eiecta est. Redeunte verò
in Dei beneuolentiam homine, ac nostrum animū
exornante diuina gratia, sub rationis imperium ap-
petitus

p̄ficiū vi diuinatae digitur: sed anteque ratione mā
 la cupiditatis motus tranquillatur humanz societatis iustitia: & è cœlo ad nos reuocata iustitia &
 pax inter homines habetur. Verū nos à nobis in
 Dei gratiam redire nequiuimus, si non ipse nos
 ad se vocauerit, excitauerit, allexerit, traxerit: neq;
 etiam nobiscum, & cum alijs pacem habere sine di-
 vina gratia possimus. Itaque pax omnis à Deo est:
 qui quoniam pacis omnis author, & conservator
 est, idcirco Deus pacis à sacrarum rerum scriptori-
 bus nominatur. Omicto puerilem illam doctrinā,
 & poētico lusui persimilem, quam nulla ratio pro-
 bat, nullaque Sacra Scriptura confirmat, nempe
 quod P. Deum patrem, A. Deum filium, X. Spir-
 itum sanctum significat. Non enim graues homi-
 nes decet, dum tractant setia, ludicra sectari. Sed
 quæso mihi per vos liceat, Auditores charissimi,
 ad contemplandam huius vniuersi mundi contraria-
 riū, atque inter se vi sua pugnantium partium
 admirabilem connexionem, ordinem, & pacem ali-
 quanto digredi, ut clariū vobis ostendam imor-
 talem, & omnium principem Deum esse pacis om-
 nis authorem. Vniuersitatis hoc corpus omnia suo
 coērcētis & contingenitis amplexu ē duabus natu-
 ra differentib⁹ partibus constat, cœlesti, & ele-
 mentari: in illa plures stellarum orbes sunt; in hac
 quatuor prima simplicia corpora reliquorum cor-
 porum initia, siue elementa: in illa nihil nisi im-
 mortale, & ceterū est; in hac quicquid est, mortale,
 & caducū est, præter animos hominibus datos: qui
 non ē communi elementorum materia: educūtur,
 vt naturales corporum reliquorum formæ, sed à
 Deo de nihilo creantur, cùm in humana corpora
 infunduntur. Atque hanc inferiorem mundi par-
 tem superior illa contingit, vt suo ipsam motu, &
 lumine

lumine regat. Et cœlestes quidem orbes diuerso
 motu, alij tardiore, alij celeriore vertuntur, sed tan-
 ta interuallorum proportione, vt, quod à Pythagor-
 eis, atque Platonicis credarit, graues, & acutos
 sonos edere, incredibilem harmoniam efficiant.
 Atque ipsorum primi, ac summi cœli perennis mo-
 tus ab Oriente in Occidentem Solem vigintiqua-
 tuor horarum spacio secum atios cœlos rapientis
 horum corporum inferiorum continuata mutationis
 est causa: reliquorum vero cœlorum ab Oc-
 cidente in Orientem proprius motus nunc ad Se-
 ptentrioies, nunc ad Austrum declinans, ac certis
 temporum infatuallis distinctus, omnitem caduca-
 rum statum ortum, & interitum contrarias intet se
 mutationes efficit. Sic corporum inferiorum & va-
 ria, & continuata mutatio est; iam corporum infe-
 riорum naturæ, & qualitates, quam intet se diffe-
 rentes, quam contraria sunt? Terra sicca & frigida
 est; aër calidus & humidus: aqua frigida & humili-
 da; ignis calidus & siccus: & quæ calida sunt, vt
 potest leuia, mundi summum, quem verò frigida sunt,
 utpote grauia, imum tenent. Deus vero tanta ratio-
 ne cuncta composuit, vt inter se omnia incredibili
 ratione cohærent. Nam inter omnino contraria
 medium posuit, quod una qualitate (nam singula
 elementa binis qualitatibus instruxit) cum uno, al-
 tera qualitate cum altero conueniat: velut aërem
 inter ignem & aquam locauit; qui calore cù igne,
 humore cum aqua coniungitur. Et vt seces-
 sim alterent, & alterata inter se misceantur, & ex
 ipsis permistis alia corpora generentur, ipsa diffi-
 cultibus qualitatibus ornauit: quarum altera cum
 uno, altera cum altero pugnet; velut aër calore
 cum aqua, humore cum igne decerat. Quare tum
 similitudine qualitatum elementa seces mutuo com-
 plectuntur

plectuntur, tum dissensione ad aliorum corporum
 generationem alterata conueniunt: fitque (vt poē-
 ticē dicam) quædam discordia concors. Est igi-
 tur vniuersitatis terum concordiæ author Deus,
 qui idem est opifex, atque ædificator vniuersi. Ac
 præclarè Poëtarum princeps Homerus confinxit
 Ioue mundum vniuersum aurea catena colliga-
 tum constrictumque teneri, quod Deus omnium
 princeps admirabili iunctione cuncta copulata
 tueatur, atque gubernet. Idemque qui celestia, &
 terrestria corpora naturalibus vinculis colligat, e-
 tiam cum Angelis homines æternæ felicitatis com-
 munione consociat: & sanctos, ac piros homines
 in celum è terris euocans in Angelorum ordinib-
 us collocat. Idem quoque, quod mirandum mag-
 his est, naturam humanam cum diuina copulauit,
 ut in suam gratiam hominem reuteret. Idem e-
 tiam charitate homines cum hominibus iungit,
 qui Iudeos, & Gentes in eandem fidem vocat, &
 tanquam angularis lapis disiunctos parietes con-
 neicit. Idem præterea nostros sensus, appetitio-
 nesque cōponit, nosque nobis ipsis restituit. Con-
 ciliat autem nos sibi, & nobis per Iesu Christi fi-
 dem: qui nostras culpas suo sanguine delet; nos-
 que in Dei benevolentiam reducit, ac cœlestibus
 bonis locupletat. Ipse nobis gratiam confert: qua
 malæ cupiditatis motus frenamus, & ardorem libi-
 dinis extinguimus, & diuina mandata ritè exequi-
 mur. Ergo si per Christum accessum habemus ad
 Deum, si à Christo recōciliamur cum Deo, si cum
 Christo rectè, & sanè vivimus, iurè Christus à
 B. Paulo pax nostra vocatur. Et cùm Deus in so-
 cietatem filij sui nos vocat, in pacem vocat, ut con-
 cordissimè in summa omnium diuinorum hono-
 rum copia vivamus. Qui etiam Deus vniōnis à
Eph. 2.
Theo-

Theologis dicitur: quoniam inter se cuncta cœlestia & terrestria, summa & ima incredibili conspiratione componit. Quod si uunionis est Deus, est etiam pacis. Siquidem pax est coniunctio quædam. Cæterum gratia, quæ nos cum Deo, ac nobiscum conciliat, vel est ipsamet charitas, vel ita coniuncta cum charitate, ut ab ea nihil disiungatur. Quarè pax, quæ gratiam consequitur, charitatem comitatur. Hoc ait verbis illis Propheta,

Ps. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Ac iure pax inter Spiritus sancti fructus annumeratur; quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nec absque ratione igni charitas assimilatur: quoniam ut ignis genere similia congregat, sic charitas eandem Christi fidem habentes diuina societate coniungit. Quocircà Deus, qui charitas est, ignis ardens uocatur non solum, quia rerum diuinorum amore peccatora suorum inflamat, verum etiam quia fidelium mentes, & animos singulari benevolentia, concordiaque deuincit in quibus ipse tanquam in quodā sancto, & augusto templo habitat. Ut enim templum, quod est quoddam ædificium sacrum Deo, ex multis partibus constructur, fundamento, parietibus, tecto, sic Christianorū Ecclesia unum quasi corpus est, constans ex pluribus Christi fidelibus eodem charitatis inter se vinculo nexione; quod corpus ab uno Dei spiritu animatur, & regitur. Quam Christianorum coniunctionem indicat Eucharistie, quæ est unitatis Ecclesiastica Saeramentum; materia panis, & viuum, quippe panis ex multis tritici, viu ex multis uero granis fit. Quod Sacramentum qui dignè, ac verè accipiunt, eundem Spiritum, eandemque vitam participant. Si pax igitur est donum Dei, fructus Spiritus sancti, neque

neque habetur nisi à diligentibus Deum, certè im
pijs nulla pax est. Quæ enim pax esse potest ijs, Esa. 48.
ante quorum animos obuersantur magno cum an
gore, & solicitudine malè factorum conscientiæ,
tanquam furiæ eum ardentibus tedis? Potest ne
pax vita esse auaro, quem cupiditatis sitis noctes
& dies excruciat? aut intemperanti, quem semper
libidinis faces ad omnem turpitudinem inflam
mant? aut ambitioso, quem sub pectore fixa cura
nunquam non angit, & coquit? Cùm verò scele
rati homines pacem nullam habeant, neque sècum
ipjis, neque cum Deo, & semper tamè aliquam pa
cem habere cum aliquibus desiderent; nam sem
per ad eorum amicitiam sese applicant, quos suo
rum morum, & uitæ similes vident; id magno est
argumento absque pace, quæ ex bènevolentiæ con
iunctione est, nullam esse vitæ iucunditatem. Quæ
quidem pax est exterior, & non solum est inter bo
nos, verùm etiam inter malos: quanquam est hęc
ab illa dissimilis, perinde ut horum ab illorum dis
par est amicitia. Nam bonorum amicitia virtute
conciliatur: malorum verò familiaritas vel ab vti
litate, vel à voluptate proficiscitur. Ob id bono
rum necessitudo firma, & stabilis est, quia virtus
grauius, & constans est; at malorum coniunctio
facile dissoluitur, quia neque vtilitas, neque volu
ptas diu perdurat. Cùm bonos dico, solos Chri
stianos homines intelligi volo; qui soli veram, &
solidam virtutem habent; quorum animos gratia
celestis informat. Ideoque Christianis, quantum
in ipsis est, pax est cum omnibus, quia neminem
odierunt, sed omnes propter Deum diligunt; alijs
verò pax est cum paucis; quoniam eos tantum pa
cos amant, quos ad illorum familiaritatè vel vti
litas, vel voluptas adiungit, qui quidem pauci sunt.

Vnde

Vnde quæ inter bonos pax est, vera est; quam charitas firmat: quæ uero inter malos est, ficta est; quæ vel leuis fides, vel spes vana conciliat, quocircum re quauis aduersa citò, & facilè frangitur. Est tamen pax exterior non solum inter nos Christianos, utrum etiam inter omnes alios semper optanda, ut Deo commodius, & melius seruiamus. Quod propter Hieremias Iudeos fratres suos captiuos in Babylonie hortabatur, ut à Deo pacem inter populum principes, & reges orarent; quod in illorum pace ipsorum pax sita esset. Nulla tamen pax unquam perfecta est sub Lunari hoc orbe; in quo nihil est, nisi fragile, & caducum; ubi variæ tentationes, & perpetua bella; ubi multæ calamitates, multæ egestates, multæ res contra sententiam, & voluntatem eueniunt; ubi nūquām omne desiderium nostrum expletur. Quęnā est in bello securitas? quę in lubrico firmitas? quę in inopia felicitas? An quisquā est in terris hominū, qui prauos primi parentis scelere vitiatæ carnis motus non sentiat? Neq; enim Christus, et si morte sua peccatum nostrum deleuit, tamen totam in nobis prauam cupiditatem extinxit; quanquam magna ex parte repressit; ut ne hanc vitam, si nihil contra nostrum votum haberet, amaremus; & habcremus exercenda virtutis, & maiorum præmiorum materiam. In cœlis erit perfecta pax; ubi omnis securitas erit, omnis quietes, omnis desiderij expletio. Tunc satiabimur, cum apparuerit gloria Dei, & replebimur in bonis domus eius. Perfecta pax est ipsa cœlestis gloria, quæ quidem est perfecta gratia, scilicet omnium bonorum comprehensio. Pax igitur, quam cœlestem gloriam esse diximus, omnium bonorum finis, terminus, & conclusio est: sicut gratia est omnium bonorum principium, & origo. Quarè, qui gloriam nobis om-

omnium bonorum extremum proposuit, Deus
præclarè nostros fines pacem posuisse ab eximio,
regioque Propheta dicitur: & optimè gratiam,
& pacem à Deo Beatus Paulus his, ad quos
scribit, in ipsa salutatione desiderat, inchoa-
tam, inquam, & perfectam gratiam: quam fi-
des in terris inchoat, & in celis diuini numinis
aspectu absolvit. Ergo si absque lumine gloriæ ne-
mo Deum videbit, & absque pace nemo vñquam
Deum videbit. Quia vero bonum omne cœlestē
nullo sensu, nullaque humana intelligentia com-
prehendi potest; ob id B. Paulus ait pacem Dei su-
perare omnem sensum, ac deinceps omne deside-
riū m, quod quidem à cognitione est. Ac quan-
do nobis cum Deo per Christi mortem, & passio-
nem facta pax est, rectè pacem in Christi ortu An-
geli prædicant, & factam Christus post suam resur-
rectionem suis discipulis pronunciat. Sed me vo-
bis, Auditores Charissimi, iam arbitror verę pacis
explicuisse naturam: quæ cum Deo, nobiscum, &
cum alijs est: ac puto vos ex his, quæ diximus,
percipere causam cur inter nos rixæ, seditiones, &
bella s̄epius oriantur: quia videlicet pacem ueram
non habemus: quoniam priuati sumus diuina gra-
tia, quæ mentem Deo, & menti appetitum reddit
obedientem. Quid si nobis ipsi inimici sumus,
quoniam rationi non obtemperamus, sed appeti-
tum effrenatam, & insatiabilem feram insani, & fu-
rentes sequimur, quo pacto alijs boni, & amici eri-
mus? Nec si pax illa peccatoribus esse videtur, il-
la vera, & diuturna est: quibus tunc, cùm frui pace
se putant, superuenit interitus. Nos Deus pacis in
veram pacem vocauit: qui, si in Christi pace con-
iuncti manebimus, existemus omnibus hostibus
fortiores; sin contentionibus diuidemur, rapiemur

Pf. 147.

Phil.

J. Tbc. 3

ale o-

à leone, qui circumit, querēs quem ab alijs distin-
ctum voret. Dæmon enim semper inter Christi
fideles serit contentiones, & tanquam ex infernis
exiliens furia, in cuiusque pectus anguem aliquem
inijcit, ut corda iris inflamet, & discordes à Chris-
tiana societate diuehat, diuulsosque & distractos
x. Cor. 3. rapiat. Proinde B. Paulus Corinthiis scribit, hoc
ipsum ego vobis liberè dico, Si inter hos zelus, &
contentio est, non ne carnales estis; & carnis pra-
uis motibus ira, libidine, inuidia, ambitione, avarici-
tia, hisque alijs similibus animi perturbationibus
agimini? Et necesse quidem est inter eos, qui in
terrenis bonis student, propter ipsorum terrenorum
bonorum conditionem oriri contentiones, atque
discordias: quoniam hæc bona diuisa minuuntur,
& ipsorum maiorem partem habere quisque con-
tendit. At interpios viros de cœlestibus bonis, pro
quibus terrestria contempserunt, nulla est concer-
tatio: quoniam isthæc bona communicata multi-
plicantur. Extirpate rerum terrenarum cu-
m cupiditatem causam omnium contentio-
rum, atque discordiarum; gusta-
te ueræ pacis suavitatem, ni-
hil pace iucundius sen-
tietis, nihil pace ama-
bilis cogno-
scetis, ni-
hil pa-
ce
charius habe-
bitis.

DIE ASCENSIONIS DO- mini nostri Iesu Christi.

C O N C I O

De Ascensione Christi in cælum.

Magnorum laborum , & mune-
rum , Auditores Charissimi
Christo finem hodiernus dies
attulit: quo post perfectum o-
pus humanæ redēptionis in
cælum, unde venerat, reuersus
est, agens victor gloriōsissimū
ex profligato Diabolo, & vi-
cta morte triumphum . Nam dici uix potest, quot
toto tempore , quo in terris ante resurrectionem
suam cum hominibus vixit, labores suscepit, &
mala sustinuerit ad restituendam humano generi
salutem: nec non ea diuina mysteria, quæ sunt ho-
min i ad comparādam æternā gloriam cognitio ne
cessaria, & in uita, & post resurrectionem suam il-
lis diebus, quibus in terra cum discipulis suis com-
moratus est, multis signis, atque doctrinis aperuit:
quæ cætero quin occulta nobis semper & obscura
fuissent. Itaque perfunctus laboribus , & muneri-
bus in cœlum, unde delapsus fuerat, redijt, suam,
& humanitatem, & diuinitatem ostētans: quarum
fidem multis argumentis, ac miris modis antea fe-
cerat . Semper enim Christus in terris id egit, ut
verus Deus, & verus homo crederetur: sīnè qua fi-
de nemo saluus fieri potest. Quamobrem hodie-

S nus

nus dies, qui peregrinationis, & itineris Christi finem fecit, omnes eius dies festos complectitur, & humanarum, divinarumque naturarum sacramenta declarat, dum humanitatem in celum diuinitas effert. Sed priusquam de domini nostri Iesu Christi e terra in celos ascensione dicamus, de etsi e celis in terram descensione dicemus. Est enim utrumque admirandum, & Deum in terram descendere, atque hominem fieri, & hominem in celos ascendere, atque in solo deitatis sedere. Descendit porro Dei filius e celis in terram, ut Daemonis arrogantiam, & hominis insolentiam conuinceret, perditumque genus hominum saluaret, ac nobis in celum adiutum patefaceret, viamque muniret. Etenim Daemon nimium amans sui, superbè nimis, & temere diuinam maiestatem appetierat; qui Deo potestate par esse contenderat, nam dixerat in corde suo: In celum conscendam, super astra Dei exaltabo solipsum meum; sedebō in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Ob quam insolentiam atque fastidium angelica dignitate priuatus, & e cœlesti domicilio præceps in hunc caliginosum aërem deiectus est. Homo uero boni, malique scientiam intemperanter concupiscens, ut Deo similis fieret, de fructu vertiti ligni contra ius, fasque comedit, quare immortali tatis gloria spoliatus, & de paradiſo loco deliciarum miserabiliter expulsus est. Itaque Daemon, & homo, quia se nimis arroganter gesserant, iustas & meritas arrogantiarum suarum poenas sustinuerunt. At filius Dei, ut istorum superbiam, & inscientiam redargueret, ac confringeret Daemonis contumaciam, & sanaret hominis insaniam, de altitudine maiestatis sue per humiditatem carnis in hæc loca inferiora descendit: & de diuinæ sciencie monte per studiorum prædicationem in corda hominum venit. Vnde

dc

de maxima humilitate ingentem superbiam Dæmonis, qui patrem Dei potentiam asciuerat, obtrivit; & incredibili paupertate magnam hominis avaritiam, qui plus scire, quam decuit, appetierat, imminuit. Quantanam vobis humilitas, & paupertas filij Dei nidetur, qui è celo in ventrem virginis descendit, & ex ea carnem afflumens in hanc lucem prodijt, pannisque vilissimis infans à pauperula matre innolutus cum ei locus alias non esset, positus est in præsepio, atque hyberno tempore, obscura nocte inter duo animalia uagit rerum omnium elegantissimus? Quam humilitatem cum paupertate ab ortu vsque ad obitum semper tenuit easque comitata semper est patientia inuisa superbæ: & cum his virtutibus coniuncta singularis obedientia; qua subditus matri, & obtemperans Deo patri fuit vsque ad mortem, & eam crucis. Ergo Dei filius magis seipsum demisit, quam se vel homo, vel Dæmon erexit: vicitque sua paupertate istorum malam cupiditatem, & obedientia contumaciam. Altera causa, cur Dei filius factus sic homo pauper, & humiliis, est, ut hominum redemptionis muntis expleret: quod ex sanctissimæ, atque indiuiduæ Trinitatis consulto sui sanguinis effusione perficiebundum erat. Tanti fuit Trinitati hominis salus, ut eam Dei hominis sanguine commendam duxerit. Et quidem si cum potestate venisset, quis in illum manus iniucere? quis capere? quis uincire? quis ligno affigere ausus esset? At, si actus in crucem sanguinem non profudisset, nunquam hominum salutem suo pretiosissimo sanguine redemisset. Ac profectò Dæmon, si cognouisset eum esse Deum, minimè unquam in eius necem homines sceletatos, & nefarios concitasset: neque etiam Iudæi, sicut B. Paulus ait, si cognouissent, 4. Cor. 2
S. 2 cruci

cruci gloriæ dominum affixissent. Vetus eius diuina maiestas in carne, tanquam in ueste quadam latuit: quanquam interdum quibusdam signis, & miraculis, tanquam è nube Solis radius, emicuit. Tertia causa, cur pauper, & humilis uenit, est, ut doceret nos res terrenas despiceret, & quæ à mundi amatoribus diliguntur, spernere; quod ea, quæ illi censerent esse bona, non sint uerè bona, um posse fessorem suum minimè bonū, efficiant; sæpe etiam capessentibus in cælum iter impedimento, & oneri sint. Etenim rerum terrenarum cura semper hominis animum à cœlestium bonorum studio reuocat, aut retardat. Suæ quoque vitæ sanctissimis exemplis, ac sapientissimis dōcumentis nos in viam salutis, à qua longius abetraueramus, reduxit humilitate, obedientia, paupertate, patientia, atque alijs virtutibus: quæ sunt quædam viæ, quibus in cælum itur, seu quædam rationes, quibus æterna vita, & cœlestis gloria comparatur. Sic igitur in hac vita Christus se gessit, ut nos eius uitæ exempli imitantes, & per eius vestigia gradientes ipsum usque in cælum Empyreū ad æterni patris dexteram, prosequeremur. Hoc ipse discipulis suis dixit, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Hoc etiam B. Petrus scribit, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Sed me forte quispiam roget, cur filius Dei non etiam saluare Dæmonem venit, ut hominem? quia non tota natura angelica, ut tota natura humana corrupta fuerat: tum quia Dæmon ex mera mentis suæ prauitate peccauerat, nullum habens neque in se, neque extra se peccati ullius incitamentum. unde, quia deliverata voluntate peccauit, in malo pertinaciter hæsit. At hominis sensus proclivis ad uoluptatem,

Iona. 13. plum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis.

s. Pet. 2 Hoc etiam B. Petrus scribit, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Sed me forte quispiam roget, cur filius Dei non etiam saluare Dæmonem venit, ut hominem? quia non tota natura angelica, ut tota natura humana corrupta fuerat: tum quia Dæmon ex mera mentis suæ prauitate peccauerat, nullum habens neque in se, neque extra se peccati ullius incitamentum. unde, quia deliverata voluntate peccauit, in malo pertinaciter hæsit. At hominis sensus proclivis ad uoluptatem,

tem, & coniugis amor, primum hominum parentem Adam ad non parendum diuino præcepto inflexit. Proinde non fuit in peccato pertinax, unde misericordia dignus à Deo iudicatus est. Venit itaque filius Dei, ut Diaboli superbiam, & iniuriam sua humilitate, & iustitia coargueret; atque ex eius potestate & tyrannie suo sanguine genus hominum redimeret, ac viam nobis, quā in celum rediremus, ficeret. Fecit autem integrissimæ uitæ suæ sanctissimis exemplis, sapientissimisque doctrinis. Est ergo tibi Christi uita forma viuendi, ut mors est causa libertatis, & resurrectio pignus glorie sempiternae. Qui enim propter nostra delicta mortuus est, ut nos peccatorum vinculis solueret, etiæ propter iustificationem nostram resurrexit, ut nos iustos efficeret, & qui, ut agnus, ductus est ad necem, idemmet, ut leo, surrexit è mortuis, atque omnem vitam aduersam vi sua vincens æternitatis nobis aditura relerauit, ac nostris animis spem immortalitatis iniecit. Nam, quoniam qui surgit è mortuis est homo, ipse nobis fidem nostræ resurrectionis facit: neque solum animam immortalem esse, verum etiam corpus indissoluble fore demonstrat, quam fidem, & spem infideles homines nullam habent; qui pro certo habent corpus è discensu animæ in sua corporea principia, è quibus concretum est, dissolui, neque unquam iterum idem componendum ex ipsis, & ab eadem anima informandum. De animæ quoque immortalitate dubij sunt, ut secum ipsi minimè constent. Sed neque de vita æterna quicquam rectè suspicari possunt. At Christi resurrectio nos monet, & iubet sperare non solum animæ, sed etiam corporis immortalitatem, & vitam æternam. Quando autem mortuum resurrectio non ylla naturali, sed sola diuina

virtus sit, neque illa intelligentia, & ratione capi
 à nobis potest, sed tantum diuina fide creditur, pro
 uidentissime Christus post resurrectionem suam
 quadraginta dies, quem numerum multis de cau-
 lis sacrum volun^te, cum discipulis suis commora-
 xus est, ut eos sua passione territos reficeret, ac de
 sua resurrectione dubios in resurrectionis fide
 firmaret. Et illorum de Christi resurrectione du-
 bitatio profecit ad nostrarum mentium confir-
 mationem. Nam dum illi de Christi resurrectione
 dubitant, nos de resurrectione docemus, & dum ex
 illorum animis hesitatio collitur, in nostris tanti
 mysterij fides inservit. Itaque Christus pariter infi-
 rmitatem discipulorum, nostramque certoborat;
 & simul illorum mentes, nostrasque confirmat.
 Confirmat autem multis resurrectionis sue signis,
 & argumentis. Ab eius quippe resurrectione, in
 qua efferens corpus è sepulchro leue, subtile, & lu-
 cidum vietam mortem, & partam immortalitatē,
 nobis denunciauit, ipsius diuinitatem firmè credi-
 mus, ac certò vitam æternā speravimus. Quam Chri-
 sti resurrectionis gloriam eius in coelum ascensio
 palam fecit: in qua cum summo splendore maxi-
 ma potentia visa est. Namque illi consoleti in
 coelum res omnes superiores & inferiores, cœlestes
 & terrestres ministrarunt: ut planum fecerint ipsi
 potestatem omnem à Deo patre in oculis, & in tor-
 ta traditam esse. Quid si Christi è mortuis resu-
 rectio propter deuictos diuinæ, & humanæ natu-
 ræ hostes magnis nos letitijs affecit, quācis afficiet
 eius in cœlum ascensio? quæ quidem non solum
 victorię Christi magnitudinem, & resurrectionem
 illustrauit, verum etiam naturæ mortis, quam in
 summi cœli penetralia intulit, singularem dignita-
 tem, & amplitudinem ostendit. Est, A. C. Christi
 resurre^c-

resurrectio nostræ iustificationis, ascensio nostræ amplitudinis causa: resurrectio victoræ signum extulit, ascensio victoræ fructum attulit: resurrectio nos in æternæ vitæ spem erexit, ascensio nostram salutem stabiliuit: resurrectio nos exciuit ab infestis, ascensio nostre cœlis inservit, & consecrauit æternitati. Et præclare David de Christo inquit, Exul *Psal. 18*
tauit ut Gygas ad currendam viam: à summo cœlo egessio eius: A summo etenim cœlo egressus ad pugnandum cum teterrimo hoste Diabolo, & liberandum ex eius seruitute genus humanum, tanquam Gygas, exultauit ad currendam viam, quæ è cœlo in terram est: ac promptus, & alacer in certamen venit, secundoque prælio vim Dæmonis, & audaciam fregit, ac superior contra omnem impietatem, & iniquitatè victor euafit. Mox eiecto principi tenebrarum, perfunctusque omnibus laboribus, & muneribus, reportans præclarissimum triumphantum victor ex bello ad aureum Deitatis solium ascendit. Et ut celeri saltu è summo cœlo in terram insilijt, sic quoque celeri saltu è terra in summum cœlum transilijt. quibus saltibus neque grandiores, neque velociores ullos cogitare nostris animis possumus. Proinde quantum visa est præter naturæ suæ conditionem diuinitas demitti, tantum visa est supra naturæ suæ vires humanitas attollit: ascenditque tanta cum gloria, quanta cum humilitate descendit. Descendit humilis ad nos saluandos; ascendit magnificus ad nos gloria decorandos. Hanc Christi ascensionem designarunt ante legem quidem Enoch, post legem vero Helias: quorum *Gen. 5.*: ille translatus à Domino, hic curru vectus est in locum, ubi nulla viciositas potest illorum mentes immutare: viuuntque illic absque ullo labore, molestia, & egestate, reddituri ad suos, cum venerit *An-*

S 4 tichristus;

tichristus; quos ab impietate renocent, atque in **ve
ra fide, & justitia contra omnem iniqüitatem, &
crudelitatem Antichristi confirmant, morituri
posthac, & deinde ultimi iudicij Dei testes futuri.**
Quocircà distulerunt, non evitatur mortem. At Christus inmortuus est, & resurgendo virtutem mortis extinxit: nec à quoquam translatus, aut curru vectus, sed sua virtute non in terrestrem ullum locum, aut in aëris regionem, sed in summum celorum, quod à maximo splendore vocant Empyreū, in quo sedes sunt beatorum, super omnes Angelorum ordines ad dexteram patris conscendit: ubi sedet, æternumque rex, & dominus omnium sedebit. Debemus equidem in Christo semper duas naturas aduertere, alteram humanam, alteram diuinā. Nam est Deus, & homo: neque enim mortem occupuisset, si tantummodo Deus fuisset, qui est fortis, & immortalis; neque mortem vicisset, si homo tantum fuisset, qui fragilis, & dissolubilis est. Ut homo, passus, mortuus, & sepultus est; ut Deus verò, se hominem mortuum ipse suscitauit, & in celum extulit resuscitatum. Itaque & in resurrectione, & in ascensione Christi eius diuinitatis, & humanitatis sacramenta cognouimus, nempe resuscitati, & elati in celum hominis, ac resuscitantis, & efferentis in celum Dei. Sic à diuinitate in celum elata est humanitas, & in humanitate eluxit diuinitas. Ergo si Christi humanitas è terra in celum à Deo elata est, vtique à tota Trinitate elata est. Nam Trinitas est Deus. Quare Christus se ipsum extulit.

Mat. 27 Nam Christus est Deus, filius patris Dei. Reminiscere nunc Iudæe verba illa, quæ Christo è cruce pendentib[us] obiecisti, Si rex Israël est, descendat de cruce, & credimus ei. En maiora præstítit, quām requirebas. Descendit in inferiores terræ partes, con-

confregit iuernum, liberauit è Diaboli seruitute
 captiuos, resurrexit mortis, & Diaboli victor; & ca-
 penos, quos liberauit, secum ducens in astra con-
 scandit. Quod horum duorum tibi maius facinus
 esse videtur, descendere de cruce, an in celo, ascen-
 dere? Quid si maius facinus est ascendere in coe-
 lum, quam descendere de cruce, crede illum noluis-
 se descendere de cruce, non autem non potuisse. Si
 quid itaque sapis, cōiice illum sponte mori voluis-
 se, ut genus hominum saluaret. Sed certe perfidus
 Iudeus Christum euntem in cœlum non videt, in
 quem non credit, in quem qui non credit, auis se-
 mitam, hoc est, eius ascensionem ignorat. Assimi-
 latur autem Christus aui, aquilæ præsertim, que ca-
 pta præda in sublime euolat: ipse liberato homi-
 ne captiuo in cœlum abit. At quibus, quantisque
 lætitijs, A.C. discipulos Christi exultasse, ac quan-
 tam immortalitatis, & æternæ vitæ spem animis
 concepisse putatis, cum præceptorem suum in cœ-
 lu[m] ascendere, atque humanum corpus inferre vi-
 derunt. Beati profecto oculi, qui Christi ascenden-
 tis in cœlum diuinam maiestatem, cœlestem glo-
 riām, præclarissimam triūphi pompani aspexerunt.
 Aspexerunt ascendentem illum in iubilatione, in-
 dutum stola gloriae, circumfusum clarissima lu-
 ce, ostentantem cicatrices vulnerum, quæ in præ-
 lio accepit singularis erga hominum genus amo-
 ris indicia, ferentem insignia victoriæ, atque om-
 nia triumphi, & bellicæ laudis ornamenta. Illum
 comitantur captiui, quos ex hostium seruitute libe-
 rauit. Viētos in triumpho non dicit; quoniam il-
 los indignos aspectu Dei cœlum non recipit. Oc-
 currunt omnes Angelorum ordines, plaudunt, mi-
 nistrant, ac simul tantum humanæ earnis splendo-
 rem, & humanæ naturæ dignitatem admirantur
Job 28.
Psal. 46
sua

282. DIE ASCENSIONIS

fua nobilitate illustriorem, atque superiorem. Gaudent tamen, & singularem capiunt ex Christi victoria latitiam, quod redemptis Christi morte suorum ordinum resarcendi ruine sint: atque ob communem omnium latitiam in albis vestibus apparent. Cum ad celi portas ventu est, iubet triumphator eas sibi aperiri regi gloriæ, domino fortis, & potenti in prælio, domino virtutum ex bello redeundi, ac præclarissimam, & optatissimam victoriam reportanti. Ingreditur itaque celum, & super omnes Angelorum chochos in Deitatis solium condescendit: illic offert patri hostiam, quæ diuinam iram placauit, & pro totius mundi peccatis satiisse cit: ac benignissime patetno receptus amplexu sedet ad dexteram patris, hoc est, in potioribus Dei bonis, scilicet, in æterna beatitudine. Ne vero puta Deum, qui simplicissima mens est, sinistram, & dexteram corporis habere; sed eius dextera beatitudinem significat, neque est in celis pars vlla sinistra; quia ibi nulla est mortalitas, nullaq; miseria. Tunc primò didicit celum summa cum omnium admiratione hominem sustinere, sicut terra Deum ferre didicerat. Itaque Christus universum mundum sua praesentia impleuit, qui & infima terræ penetrauit, & in celo summa peruersit, neque ascendere, neque descendere magis potuit; quando nec mundo summo quicquam est superior, neque imo inferius. Id quod B. Paulus ait, Descendit in inferiores partes terræ, qui & ascendit super omnes celos. Collocans autem Christus in Deitatis solo, quam assumpit, humanitatem, maximam humanæ naturæ contulit dignitatem, atque splendorem: quippe quam omnibus creatis naturis anteposuit. Quis non obstupuit cernens eum, cui dictum fuerat, terræ æs, & in terram reueteris, donari immortalita-

Ad. 1.

Psal. 3

Eph. 4.

te

te; & ex i^mo mundi in summum attollit, atque in finu gremioque Deitatis locari? Sic hominis natura in meliorem ea, quae creata fuerat, conditione restituta est: & quem Dæmonis inuidia è Paradi- so eiecit, & à Dei benevolentia seiuixit, hunc Christi gratia in summum cœlum traxerit, & diuinis honoriis cumulauit. Atque equidem in nobis Christi ascensio confirmavit fidem, auxit spem, accedit charitatem, ubet enim fides credere Christum esse Deum, & hominem; at Christus, qui suam in terra humanitatem indicauerat, propria Virtute in cœlum ascendens suam diuinitatem maximè patefecit, de qua, dum in terra vixit, quod humanæ, mortalisque carnis iudamento tegetetur, est dubitatum. Idenque Christus magis post, quam ante ascensionem, esse Deus cognitus est. Spes vero est coelestium bonorum expectatio. At Christi ascensio nos in certam gloriae coelestis, & æternæ virtutæ spem induxit. Nam celi portas, quas Ad dei peccatum obstruxerat, aperiens, & humanitatem suam intrò inferens, cœlum credentibus in Deum patere, & Dei hostiam victoribus, quò ipsum sequentur, ipse dux victor ostendit. Quòd si ex Christi ascensione confirmata fides, & aucta spes, etiam accentia charitas est. Nam quòd magis res diuinas cognoscimus, & speramus, hoc etiam magis eas diligimus. Igitur ex Christi vita, morte, resurrectione, & ascensione rerum coelestium, & arcanarum magnam, & admirabilem cognitionem cepimus; ut Deo patri filius iure dicat, mirabilis facta est scientia tua ex me. Ac post eius in cœlum ascensionem à Spiritu sancto fidelium Ecclesia sanctissimis informata institutis, & optimis habilitate detinetis est: cui diuinitate præsentior est, licet corpos te quod de B. Virginie Maria sumpsit, absens sit.

Quando

Ps. 138.

284 DIE ASCENSIONIS

Quando igitur magistrum nostrum, & ducē Christum nunc sequi corpore non possumus, sequimur corde, aliquando etiam corpore, Deo volente, sequuturi. Neque enim solum nobis demonstratum est quod sit eundum, sed etiam qua via. Via est Christi, qua homo est, vita; quæ est omnium virtutum præclarissimum exemplar: & ad Christum imus, nostram, qua Deus est, gloriam, & vitam; ad quam accedit, qui de virtute in virtutem progradientur, sicut David inquit, Beatus qui ascensiones disposuit in corde suo: ibit de virtute in virtutem. videbitur Deus Deorum in Sion. Sion mons est Domini: in quem nemo nocens, & scelestus ascendit. Deponamus itaque A. C. peccatorum onera; exuamus veterem habitum animi, liberemus mentem rerum terrenatum curis, erigamus sanctis cogitationibus cor in cœlum, queramus pijs affectibus Christum, qui in dextera est Dei patris, non sapiamus, nisi divina, hoc sanè modo ad Christum vitam, & gloriam nostram aliquando è terra in cœlū euolabimus.

DIE

DIE PENTECOSTES,

CONCIO

De Spiritus sancti aduentu.

MESVS Christus, Auditores charisimi, Dei filius factus homo, Dei pater, quem summopere coluit, dilexitque, voluntati usque ad mortem obediuit & paruit; atque omnia, quæ opus ad saluandum genus hominum fuere, diligentissimè, ac sanctissimè objuit. Itaque sua humilitate, ac morte omnem iustitiam perfecit. Hanc Christi iustitiam, ut omnibus nota esset, Spiritus Sanctus è cœlis in terras adueniens, suo grauissimo, ac præclarissimo testimonio confirmavit. Testatus est enim Christum esse Deum, & hominem, atque æterni patris voluntati cunctis in rebus semper obsequutum fuisse; ac de eius mundi principe, & tenebrarum rectore gloriosissimum triumphum in cœlum egisse; atque ad dexteram Dei patris in maxima gratia, & gloria omnibus Angelorum admirantibus, & stupentibus ordinibus ad sedisse. Nec verò iustitiae ullum opus est manus, quam diuinis monitis, mandatisque parere. Cuius quidem iustitiae præmium est, cum immortali vita gloria sempiterna. Idemque Spiritus sanctus discipulorum Christi mentes ad sacra mysteria cunctis gentibus, & populis enuncianda flamnis coelestibus accendit: & eorum pectora contra omnem impietatem, & immanitatem diuinæ virtute munivit. Oportebat enim eos, qui Christi

Si fidem in uniuersum orbem terrarum disseminaturi erant, celestis sapientiae radijs illustrari, simulque tegi armis diuinæ fortitudinis, quibus insano impiorum hominum furori, atque immanni saevitiae resisterent. De quo Spiritus sancti ad discipulos Christi adueni in linguarum ignearum forma, hoc die à Christi resurrectione quinquagesimo, remissionis, & Iubilæi die, pauca mihi dicenda sunt: atque etiam ostendendum, quo modo in animos piorum illabatur, & faciat in ipsis mansionem. Sic enim intelligatis quid præstat debeat, ut in uestros animos adueniat. Dicamusque primò de diuinarum personarum in terras aspectabili missione: deinde uero de inaspicibili, que in hominum animos sanctificandi illos gratia fit. Deum, Auditores charissimi, esse unum, & trinum fide catholica, quæ vera, & certa est, tenemus, unum quidem ratione unius essentia trinum uero ratione trium personarum. Est autem persona Theologis rationalis essentiæ suppositum, Græce οὐσία, in qua consistit essentia. Habet enim quæque essentia suam hypostasm, siue suppositum: sed rationalis essentiæ suppositum ob dignitateis persona vocatur. At vero diuina essentia non in una sola persona consistit, sed in tribus, videlicet Patre, Filio, & Spiritu Sancto: quas tres personas viam eademque diuinam essentiam, seu naturam habentes vocamus Trinitatem. Nec natura differunt, cum ipsarum una eademque sit essentia, sed quibusdam inter se proprietatibus distinguuntur, ut una non sit alia, licet extra aliam non sit, sed in alia propter unius essentiæ rationem. Pater à nullo est; Filius à Patre; Spiritus sanctus a veroque. Pater est, quia Filium generat; Filius est, quoniam a Patre generatus; Spiritus sanctus est,

qua-

quoniam à Patre, & Filio sese mutuo diligentibus procedit. Ob idque nominatur Spiritus sanctus ; quoniam est sancta utriusque dilectio : siquidem amor impulsio quædam est. Igitur proprium Patris est generare ; proprium Filii generari ; proprium Spiritus sancti ab utroque procedere, siue spirari : dignosciturque Pater ab alijs paternitate, Filius natuitate , Spiritus sanctus spiratione . De quarum diuinarum personarum ad nos missione dictum prius quid missio sit explicemus . Missio est diuinæ personæ manantis ab alia nouo nobis modo præsentis declaratio , In qua missione oportet annotare, & eum, qui mittitur, & eum , à quo mittitur, & id, ad quod mittitur . Nec uero Patrem sacra scriptura missum unquam perhibet ; quia missio designat originem personæ : Patris uero nulla est origo : sed eas personas missas produnt, quæ ab alijs emanantur, scilicet Filium, qui à Patre originem ducit, & Spiritum sanctum, qui à Patre , Filioque procedit : atque tunc ad nos missas, cum se nouo, & inusitato modo nobis indicarunt ; Filium quidem, cum serui formam, humanam inquam naturam assumpsit ; Spiritum sanctum verò, cum vel in columba, vel in nubis, vel in flaminis, vel in ignis specie mortalibus apparuit. Atque inter nos sancti, qui alios aliquo mittendi potestatem habet, tanquam imperandi ius obtinens, authoritate illis antecellit : uerum in diuinarum personarum missiobus noli existimare alia aliam dignitate, & potestate superiore esse, cum audis aliam ab alia mitti : quandoquidem quarum est eadem essentia, est etiam vis eadem, atque facultas, sed tantummodo principium, è quo emanant, aduerte , ut in missione Filii Patrem, à quo solo generatur, & in missione Spiritus sancti Patrem, & Filium, à quibus procedit.

cedit. Patrem nunquam missum legimus; quoniam eius nullum est principium. Proinde si in re aliqua nobis noua ratione se ipsum indicaret, nullo pacto missus dicererur: quoniam à nullo proficiscitur. Quamobrem si diuinorum personarum æterna est productio, etiam est diuina persona missionis æternum principium. Nec dubium est æternam esse Filij generationem, & æternam Spiritus sancti processionem; quoniam uterque est æternus. Siquidem Filius semper fuit, & semper fuit Spiritus sanctus; nec tempus ullum cogitari potest, quo non fuerint: alioquin non forent æterni; nec Patri Filius, nec utriusque Spiritus sanctus par esset æternitate. At uero terminus, quo missio continetur, est id, in quo diuina persona suam nobis preseptiam nouo, & insuffato modo declarat absque ulla dignitatis sua diminutione. Sic uerbum Patris æterni missum dicimus, cum factum est caro; quia nouo modo se habuit, ac noua ratione cum hominibus fuit; nec de sua tamen amplitudine quicquam amisit. Sic etiam Spiritus sancti maietas nihilum ab ignis specie imminuta est, cum in ea nouo modo se discipulis Christi ostendit. Verumtamen Filius, quod ad redimendum suo sanguine genus hominum veniret, in sua persona cum diuina humanam copulauit naturam. Ideo dictus est ratione humanæ naturæ mindr Patre: cui nihilominus diuinitate par erat. At Spiritus sanctus naturas rerum, in quibus se hominibus insinuauit, cum diuina non coniunxit; quod illæ tantum essent veræ religionis, & sanctitatis notæ: ueluti columba in Christi baptismo apparens cœlestis gratiæ plenitudinē notauit nubes in eiusdem Christi transfiguratione uisa diuinū magisterium demonstrauit, flats à Christo in suos discipulos immisitus

immissus datam Ecclesiæ ministris ordinandi rem Christianam , & juris dicendi facultatem significauit ; ignis è cœlo descendens, ac stans suprà capita discipulorum Christi collatum diuinitus ipsis munus omnes homines instruendi designauit . Idcirkò Spiritus sanctus, quia nullam creatam naturam cum diuina in sua persona consociauit, nunquam Patre , & Filio minor dictus est . Nec ante Filij Dei aspectabilem in terras aduétum unquam missum ad nos Spiritum sanctum legimus , sed post diuini uerbi incarnationem ; quoniam Dei filium caput Ecclesiæ, authorem uitæ, uindicem libertatis decebat ante Spiritum sanctum mitti, qui est sanctificationis , & incarnationis filij Dei grauiissimus , & certissimus testis . Quod propter B. Paulus sacramentum pietatis (sic enim verbi incarnationem uocat, quæ à maxima, & occulta Dei pietate atque clementia prouenit) in Spiritu sancto scribit esse iustificatum . Perfinet autem diuinorum personarum aspectabilis missio ad interiorem , & inaspectabilem nostri animi sanctificationem ; quæ est macularum , fordiūque peccatorum ex animo detercio . Detergit autem ex animo fordes una gratia cœlestis; quæ confertur per Christū, è Deo . Proinde Spiritus sanctus, quia sanctificationis est donum ; sanctificatio uero à Dei gratia est , Dei gratia uero nobis à Iesu Christo compatur, Dei, & hominū mediatore, nullum unquam presentię suę signum mortalibus dedit, antequam filius Dei cœpit esse homo , atque inter homines humana conditione uersari . Sed neque Spiritus sanctus ad discipulos Christi multus uenit , priusquam Christus, ut B. Ioannes Euangelista scribit , glorificatus est . Nam , præterquam quod Christi

s. T. 3.

T cor-

Cap. 7.

corporis iucunda præsentia detinebantur, non decebat membra tanto ornatu decorari, nondum capite glorificato; paucosque mortales tanto decoro illustrari, nondum genere humano cum Deo reconciliato. Veniens autem Spiritus sanctus Dei cognitionem in discipulorum Christi animis perfectam inseruit, & diuini numinis amorem ardentem pariter accedit. Quarè aspectabilis missio ad inaspectabilem missionem facit: quādoquidem omnia, quæ à Deo sūt, ad nostram iustificationem & salutem fiunt. De qua inaspectabili missione sat is erit hoc unum dicere, quod ipsa iustum hominem, ac sanctum, & Deo charum facit. Fit etiam homo iustus, & sanctus, hoc est, scelerum purus, & æterna gloria dignus, non sua sed Dei, non parca, sed à cœlestis numine infusa uirtute: quam diximus gratiam nominari. Ab hac cuncta bona, quæ optari possunt à nobis, in nos velut à fonte diminant. Hæc est iustificationis nostræ causa, & immortalis illius, augustæque vitæ primordium. Per hanc diuinæ naturæ consortes efficimur, ita ut filij Dei nominemur, & simus. Ac quoniam gratiam, qua peccata delectantur, tota Trinitas humanis animis infundit (sunt enim totius Trinitatis communia opera, quæ extra diuinam essentiam prodeunt; quoniam sunt ab eadem essentia, & virtute, quæ una, & eadem est diuinarum trium personarum) tota etiam Trinitas ex humanis animis sordes criminum eluit, ipsosque sanctificat: in quibus castis, puris, & magnifico splendorum ornatu virtutum illustribus, tanquam in sacris sibi ædibus, propriisque domicilijs habitat. Quamuis enim Deus, qui cœlum & terram implet, ubique sit, non tamen ubi que dicitur habitare, sed in his, à quibus & uerè cognoscendis.

cognoscitur, & piè colitur, & summè diligitur. At nemo Deum optimū uerè, piè, summè cognoscet, colet, diligit, qui diuina gratia maximo Dei dono atque munere donatus, ornatus, & illuminatus nō fuerit. Quamobrem diuina persona, quæ dicit originem ab alia, quando in nobis incipit habitare, dicitur ad nos mitti: siquidem nouo quodam modo tunc in nobis est, quando in nobis habitat per gratiam, quæ singulari nos ipsi modo coniungit: atque hoc magis habitat in nobis, quo magis à nobis amatur. Nec tamen una diuina persona finè alia in nobis habitat, cùm gratia sit ipsarum commune donum, neque vñquam ipse à se inuicem se parentur, sed simul omnes semper sint, atque una in alia: quippe quarum una, & eadem essentia est. Hoc sanè est, quod Filius de se, ac Patre, & Spiritu sancto ait, ut in B. Ioannis scriptum est euangelio quod in Ecclesia hoc die recitatum audistis, Ad eum, qui diuina præcepta, diuinūque sermonem obseruat, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Attamen nomen missionis non omnibus diuiniis personis accommodatur, sed dumtaxat eis, quæ manant ab alia. Sunt enim hæc duo semper (ut antè diximus) & origo personæ, & nouus existendi modus in diuinarum personarum missione seruanda. Perspicuum autem est ratione principij dumtaxat Filio, & Spiritui sancto missionis nomen conuenire: quoniam ab alio sunt. Ergo principium inaspectabilis missionis peculiare tantum his personis est, quæ originem habent: terminus vero, quo missio continetur, est omnium communis: ni fortè Patrem mitti à se dixeris, cùm se ipsum sponte dat nobis. Iam vero licet una sit gratia, tanquam una bonorum omnium amplissima,

T 3 & va-

282 DIE ASCENSIONIS

sua nobilitate illustriorem, atque superiorem.
 Gaudent tamen, & singularem capiunt ex Christi
 victoria latitudinem, quod redemptis Christi morte
 suorum ordinum resarcendi ruine sint: atque ob
 communem omnium latitudinem in albis vestibus ap-
 parent. Cum ad celum portas ventum est, iubet triumphator
 eas sibi aperiri regi gloriæ, domino forti,
 & potenti in prælio, domino virtutum ex bello re-
 deuenti, ac præclarissimam, & optatissimam victori-
 am reportanti. Ingreditur itaque cœlum, & su-
 per omnes Angelorum choros in Deitatis solium
 concendit: illic offert patri hostiam, quæ diuinam
 iram placauit, & pro totius mundi peccatis sati-
 cit: ac benignissimè patetno receptus amplexu se-
 det ad dexteram patris, hoc est, in potioribus Dei
 bonis, scilicet, in æterna beatitudine. Ne vero puta
 Deum, qui simplicissima mens est, sinistram, & dex-
 teram corporis habere; sed eius dextera beatitudi-
 nem significat, neque est in celis pars vlla sinistra;
 quia ibi nulla est mortalitas, nullaq; miseria. Tunc
 primò didicit cœlum summa cum omnium admir-
 ratione hominem sustinere, sicut terra Deum ferre
 didicerat. Itaque Christus vniuersum mundum
 sua præsentia impleuit, qui & infima terræ pene-
 trauit, & in celo summa peruafit, neque ascendere,
 neque descendere magis potuit; quando nec mundi
 lumino quicquam est superior, neque imo infe-
 rius. Id quod B. Paulus ait, Descendit in inferiores
 partes terræ, qui & ascendit super omnes cœlos.
 Collocans autem Christus in Deitatis solo, quam
 assumpit, humanitatem, maximam humanæ natu-
 ræ contulit dignitatem, atque splendorem: quippe
 quam omnibus creatis naturis anteposuit. Quis
 non obstupuit cernens eum, cui dictum fuerat, ter-
 ra æs, & in terram teuerteris, donari immortalita-
 te

Act. 1.

Psal. 23

Eph. 4.

te; & ex imo mundi in summum arcothi , atque in
genu gremioque Deitatis locari? Sic hominis na-
tura in meliorem ea, qua creata fuerat, conditione
restituta est: & quem Dæmonis iniuria è Paradi-
so eiecit, & à Dei benevolentia seiūxit, hunc Chri-
sti gratia in summum cœlum quæxit, & dominis ho-
noribus cunctulauit. Atque equidem in nobis Chri-
sti ascensio confirmavit fidem, auxit spem, accedit
charitatem, & betterim fides credere Christum es-
se Deum, & hominem; at Christus, qui suam in
terra humanitatem indicauerat, propria virtute in
cœlum ascendens suam diuinitatem maximè pate-
fecit, de qua, dum in terra vixit, quod humanæ,
mortalisque carnis indumento tegeretur, est du-
bitatum. Idenque Christus magis post, quam an-
te ascensionem, esse Deus cognitus est. Spes vero
est coelestium bonorum expectatio. At Christi a-
scensio nos in certam gloriæ coelestis, & æternæ vi-
tae spem induxit. Nam celi portas, quas Adæ pec-
catum obstruxerat, aperiens, & humanitatem suā
intro inferens, oculum credentibus in Deum pate-
re, & Dei hostiū victoribus, quòd ipsum sequeren-
tur, ipse dux victor offendit. Quòd si ex Christi
ascensione confirmata fides, & aucta spes, etiam
accedit charitas est. Nam quòd magis res diuinæ
cognoscimus, & speramus, hoc etiam magis eas di-
ligimus. Igitur ex Christi vita, morte, resurrectio-
ne, & ascensione rerum coelestium, & arcanarum
magnam, & admirabilem cognitionem cepimus;
vt Deo patri filius iure dicat, mirabilis facta est
scientiæ tua ex me. Ac post eius in cœlum ascen-
sionem à Spiritu sancto fidelium Ecclesia sanctissi-
mis informata institutis, & optimis stabilita de-
cretis est: cui diuinitate præsentior est, licet corpo-
re quod de B. Virginie Maria sumpsit, absens sit.

Ps. 138.

Quando

284 DIE ASCENSIONIS

Quando igitur magistrum nostrum, & ducē Christum nunc sequi corpore non possumus, sequimur corde, aliquando etiam corpore, Deo volente, sequuturi. Neque enim solum nobis demonstratum est quod sit eundum, sed etiam qua via. Via est Christi, qua homo est, vita; quæ est omnium virtutum præclarissimum exemplar: & ad Christum imus, nostram, qua Deus est, gloriam, & vitam; ad quam accedit, qui de virtute in virtutem progressus, sicut Dauid inquit, Beatus qui ascensiones disposuit in corde suo: ibit de virtute in virtutem. videbitur Deus Deorum in Sion. Sion mons est Domini: in quem nemo nocens, & scelestus ascendit. Deponamus itaque A. C. peccatorum onera; exuamus veterem habitum animi, liberemus mentem rerum terrenatum curis, erigamus sanctis cogitationibus cor in cœlum; queramus pijs affectibus Christum, qui in dextera est Dei patris, non sapiamus, nisi diuina, hoc sanè modo ad Christum vitam, & gloriam nostram aliquando è terra in cœlu euolabimus.

DIE

DIE PENTECOSTES.

CONCIO

De Spiritus sancti aduentu.

MESVS Christus, Auditores charis-
simi, Dei filius factus homo, Dei pa-
tris, quem summopere coluit, dile-
xitque, voluntati vsque ad mortem
obediuit & paruit; atque omnia,
quæ opus ad saluandum genus ho-
minum fuere, diligentissimè, ac sanctissimè objuit.
Itaque sua humilitate, ac morte omnem iustitiam
perfecit. Hanc Christi iustitiam, ut omnibus nota-
esseret, Spiritus Sanctus è celis in terras adueniens,
suo grauissimo, ac præclarissimo testimonio confir-
mavit. Testatus est enim Christum esse Deum, &
hominem, atque æterni patris voluntati cunctis in
rebus semper obsequutum fuisse; ac de eius mun-
di principe, & tenebrarum rectore gloriosissimum
triumphum in cœlum egisse; atque ad dexteram
Dei patris in maxima gratia, & gloria omnibus
Angelorum admirantibus, & stupentibus ordinibus
adsedisse. Nec verò iustitiae ullum opus est ma-
ius, quam diuinis monitis, mandatisque parere.
Cuius quidem iustitiae præmium est, cum immor-
tali vita gloria sempiterna. Idemque Spiritus san-
ctus discipulorum Christi mentes ad sacra myste-
ria cunctis gentibus, & populis enuncianda flam-
mis cœlestibus accendit: & eorum pectora con-
tra omnem impietatem, & immanitatem diuinæ
virtute muniuit. Oportebat enim eos, qui Chri-
sti

stii fidem in uniuersum orbem terrarum disseminaturi erant, celestis sapientiae radijs illustrari, simulque tegi armis diuinæ fortitudinis, quibus insano impiorum hominum furoti, atque immanni saevitiae resisterent. De quo Spiritus sancti ad discipulos Christi aduentu in lingueum ignearium formam, hoc die à Christi resurrectione quinquagesimo, remissionis, & Iubilæi die, pauca mihi dicenda sunt: atque etiam ostendendum, quo modo in animos piorum illabatur, & faciat in ipsis mansionem. Sic enim intelligentis quid præstat debeat, ut in ueletros animos adueniat. Dicamusque primum de diuinarum personarum in terras aspectabili missione: deinde uero de inaspectabili, que in hominum animos sanctificandi illos gratia fit. Deum, Auditores charissimi, esse unum, & trinum fide catholica, que vera, & certa est, tenemus, unum quidem ratione viuis essentia, trinum uero ratione trium personarum. Est autem persona Theologis rationalis essentia suppositum, Græce οὐρανός, in qua consistit essentia. Habet enim quæque essentia suam hypostasm, siue suppositum: sed rationalis essentia suppositum ob dignitate eius persona vocatur. At vero diuina essentia non in una sola persona consistit, sed in tribus, videlicet Patre, Filio, & Spiritu Sancto: quas tres personas viam eademque diuinam essentiam, seu naturam habentes vocamus Trinitatem. Nec natura differunt, cum ipsarum una eademque sit essentia, sed quibusdam inter se proprietatibus distinguuntur; ut una non sit alia, licet extra aliam non sit, sed in alia propter unius essentia rationem. Pater à nullo est; Filius à Patre; Spiritus sanctus ab veroque. Pater est, quia Filium generat; Filius est, quoniam à Patre generatus; Spiritus sanctus est, quo-

quoniam à Patre, & Filio sese mūtuo diligentibus procedit. Ob idque nominatur Spiritus sanctus ; quoniam est sancta vtriusque dilectio : siquidem amor impulsio quædā est. Igitur proprium Patris est generare ; proprium Filii generari ; proprium Spiritus sancti ab utroque procedere, siue spirari & dignosciturque Pater ab alijs paternitate, Filius natuitate, Spiritus sanctus spiratione. De quarum diuinarum personarum ad nos missione dicturi prius quid missio sit explicemus. Missio est diuinæ personæ manantis ab alia nouo nobis modo præsentis declaratio. In qua missione oportet annotare, & eum, qui mittitur, & eum, à quo mittitur, & id, ad quod mittitur. Nec uero Patrem sacra scriptura missum vñquam perhibet ; quia missio designat originem personæ : Patris uero nulla est origo : sed eas personas missas produnt, quæ ab alijs emanat, scilicet Filium, qui à Patre originem ducit, & Spiritum sanctum, qui à Patre, Filioque procedit : atque tunc ad nos missas, cum se nouo, & inusitato modo nobis indicarunt ; Filium quidem, cum serui formam, humanam inquam naturam assumpsit ; Spiritum sanctum vero, cum vel in columba, vel in nubis, vel in flaminis, vel in ignis specie mortalibus apparuit. Atque inter nos sanctis, qui alios aliquo mittendi potestatem habet, tanquam imperandi ius obtinens, autoritate illis antecellit : uerum in diuinarum personarum missiobus noli existimare alia aliam dignitate, & potestate superiorem esse, cum audis aliam ab alia mitti : quandoquidem quarum est eadem essentia, est etiam vis eadem, atque facultas, sed tantummodo principium, è quo emanant, aduerte, ut in missione Filii Patrem, à quo solo generatur, & in missione Spiritus sancti Patrem, & Filium, à quibus procedit.

cedit. Patrem nunquam missum legimus; quoniam eius nullum est principium. Proinde si in re aliqua nobis noua ratione se ipsum indicaret, nullo pacto missus dicereretur: quoniam à nullo proficiuntur. Quamobrem si diuinorum personarum æterna est productio, etiam est diuinæ personæ missionis æternum principium. Nec dubium est æternam esse Filij generationem, & æternam Spiritus sancti processionem; quoniam uterque est æternus. Siquidem Filius semper fuit, & semper fuit Spiritus sanctus; nec tempus ullum cogitari potest, quo non fuerint: alioquin non forent æterni; nec Patri Filius, nec utriusque Spiritus sanctus par esset æternitate. At uero terminus, quo missio continetur, est id, in quo diuina persona suam nobis presentiam nouo, & insuffato modo declarat absque ulla dignitatis sua diminutione. Sic uerbum Patris æterni missum dicimus, cum factum est caro; quia nouo modo se habuit, ac noua ratione cum hominibus fuit; nec de sua tamen amplitudine quicquam amisit. Sic etiam Spiritus sancti maiestas nihilum ab ignis specie immunita est, cum in ea nouo modo se discipulis Christi ostendit. Verumtamen Filius, quod ad redimendum suo sanguine genus hominum veniret, in sua persona cum diuina humanam copulauit naturam. Ideo dictus est ratione humanæ nature mindr Patre: cui nihilominus diuinitate par erat. At Spiritus sanctus naturas rerum, in quibus se hominibus insinuauit, cum diuina non coniunxit; quod illæ tantum essent veræ religionis, & sanctitatis notæ: uoluti columba in Christi baptismo apparens cœlestis gratiæ plenitudinē notauit nubes in eiusdem Christi transfiguratione uisa diuinū magisterium demonstrauit, flatus à Christo in suos discipulos immisus

Immissus datam Ecclesiæ ministris ordinandi rem Christianam , & iuris dicendi facultatem significauit ; ignis è cœlo descendens, ac stans suprà capita discipulorum Christi collatum diuinitus ipsi munus omnes homines instruendi designauit. Idcircò Spiritus sanctus, quia nullam creatam naturam cum diuina in sua persona consociauit, nunquam Patre , & Filio minor dictus est . Nec ante Filij Dei aspectabilem in terras aduertum unquam missum ad nos Spiritum sanctum legimus , sed post diuini uerbi incarnationem ; quoniam Dei filium caput Ecclesiæ, authorem uitæ, vindicem libertatis decebat ante Spiritum sanctum mitti, qui est sanctificationis , & incarnationis filij Dei gravissimus , & certissimus testis . Quod propter B. Paulus sacramentum pietatis (sic enim verbi incarnationem uocat, quæ à maxima, & occulta Dei pietate atque clementia prouenit) in Spiritu sancto scribit esse iustificatum . Pertinet autem diuinorum personarum aspectabilis missio ad interiorem , & inaspectabilem nostri animi sanctificationem ; quæ est macularum , sordiūque peccatorum ex animo detersio . Detergit autem ex animo fordes una gratia cœlestis; quæ confertur per Christum , è Deo . Proinde Spiritus sanctus, quia sanctificationis est donum ; sanctificatio uero à Dei gratia est , Dei gratia uero nobis à Iesu Christo comparatur, Dei, & hominū mediatore, nullum unquam presentię suę signum mortalibus dedit, antequam filius Dei coepit esse homo , atque inter homines humana conditione uersari . Sed neque Spiritus sanctus ad discipulos Christi multus uenit , priusquam Christus, ut B. Ioannes Euangelista scribit , glorificatus est . Nam , præterquam quod Christi

T cor-

Cap. 7.

corporis iucunda præsentia detinebantur, non decebatur membra tanto ornatu decorari, nondum capite glorificato; paucosque mortales tanto decorare illustrari, nondum genere humano cum Deo reconciliato. Veniens autem Spiritus sanctus Dei cognitionem in discipulorum Christi animis perfectam inseruit, & diuini numinis amorem ardorem pariter accedit. Quarè aspectabilis missio ad inaspectabilem missionem facit: quādoquidem omnia, quæ à Deo sūt, ad nostram iustificationem & salutem fiunt. De qua inaspectabili missione sat erit hoc unum dicere, quod ipsa iustum hominem, ac sanctum, & Deo charum facit. Fit etiam homo iustus, & sanctus, hoc est, seculorum purus, & æterna gloria dignus, non sua sed Dei, non parca, sed à cœlestis numine infusa uirtute: quam diximus gratiam nominari. Ab hac cuncta bona, quæ optari possunt à nobis, in nos velut à fonte diminant. Hæc est sanctificationis nostræ causa, & immortalis illius, augustæque vitæ primordium. Per hanc diuinæ naturæ consortes efficimur, ita ut filij Dei nominemur, & simus. Ac quoniam gratiam, quæ peccata deleantur, tota Trinitas humanis animis infundit (sunt enim totius Trinitatis communia opera, quæ extra diuinam essentiam prodeunt; quoniam sunt ab eadem essentia, & virtute, quæ una, & eadem est diuinarum trium personarum) tota etiam Trinitas ex humanis animis sordes criminum eluit, ipsosque sanctificat: in quibus castis, puris, & magnifico splédidarum ornatu virtutum illustribus, tanquam in sacris sibi ædibus, proprijsque domicilijs habitat. Quamuis enim Deus, qui cœlum & terram implet, ubique sit, non tamen ubi que dicitur habitare, sed in his, à quibus & uerè cognoscere.

cognoscitur, & piè colitur, & summè diligitur. At nemo Deum optimū uerè, piè, summè cognoscet, colet, diligit, qui diuina gratia maximo Dei dono atque munere donatus, ornatus, & illuminatus nō fuerit. Quamobrem diuina persona, quæ dicit originem ab alia, quando in nobis incipit habitare, dicitur ad nos mitti: siquidem nouo quodam modo tunc in nobis est, quando in nobis habitat per gratiam, quæ singulari nos ipsi modo coniungit: atque hoc magis habitat in nobis, quo magis à nobis amatur. Nec tamen una diuina persona sive alia in nobis habitat, cùm gratia sit ipsarum commune donum, neque vñquam ipsæ à se inuicem se parentur, sed simul omnes semper sint, atque una in alia: quippe quarum una, & eadem essentia est. Hoc sanè est, quod Filius de se, ac Patre, & Spiritu sancto ait, ut in B. Ioannis scriptum est euangelio quod in Ecclesia hoc die recitatum audistis, Ad eum, qui diuina præcepta, diuinūque sermonem obseruat, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Attamen nomen missionis non omnibus diuinis personis accommodatur, sed dumtaxat eis, quæ manant ab alia. Sunt enim hæc duo semper (ut antè diximus) & origo personæ, & nouus existendi modus in diuinorum personarum missione seruanda. Perspicuum autem est ratione principij dumtaxat Filio, & Spiritui sancto missionis nomen conuenire: quoniam ab alio sunt. Ergo principium inaspectabilis missionis peculiare tantum his personis est, quæ originem habent: terminus vero, quo missio continetur, est omnium communis: ni fortè Patrem mitti à se dixeris, cùm se ipsum sponte dat nobis. Iam vero licet una sit gratia, tanquam una bonorum omnium amplissima,

T 3 & va-

& ualidissima radix, tamen eius uim variam, effe-
ctumque videmus. Nam fidei luce nostram intel-
ligentiam illuminat, & charitatis flamma nostram
voluntatem inflamat. Nec temerè Dei filio men-
tis illustrationem, & Spiritui sancto voluntatis
inflammationem adscribimus, cum ille Patris sa-
pientia, hic mutua sit Patris, Filijque dilectio. Nec
quidem inferior totam Trinitatem nobis dona gra-
tiae largiri, sed, qua ratione Filio sapientiam, & Spi-
ritui sancto charitatem, eadem quoque ratione
intelligentiae splendorem Filio, & voluntatis ar-
dorem Spiritui sancto attribuimus. Itaque Fi-
lij, & Spiritus sancti missiones varijs effecti-
bus gratiae distinguuntur. Nec verò solam di-
uinorum personarum dona nobis, verum etiam
ipsæmet diuinæ personæ pro singulari benignita-
te donantur. Donantur autem, cum in nobis cœle-
sti gratia sanctificatis, ac diuino numini consecra-
tis, tanquam in templis non humana opera factis,
sed diuina virtute constructis, & ædificatis, habi-
tant. Omnis ergo diuina missio propter nostram
iustitiam, & sanctificationem (vt ante diximus)
fit; vt è peccatorum sordibus, maculisque munde-
mur, & sanctum Dei templum efficiamur. Deus
enim sanctus est, & in sanctis habitat: & nos quo-
que, vt sancti simus, monet dicens, Sancti estote;
Cor. ix. quoniam ego sanctus sum. Quod B. Paulus ait,
1. Thes. Non in immunditiam vocauit nos Deus, sed in
sanctificationem. Quam quidem sanctificationem
Spiritus sancti aduentus creat, mansioque conser-
uat. Nam omnes animi maculas terrenarum rerū
desiderio susceptas, contractasque detergit: pro-
creatumque nitorem præsens sanctis cogitationi-
bus, actionibusque tuerit. Ideoque spiritus san-
ctificationis

Classificationis vocatur; quia nos puros, & sanctos efficit. Ac quia sua gratia peccatorum nostrorum frides abluit, ablutosque nos effert in celum, ac summi Patris benevolentiae pietatique commendat, nominatur fons aquæ viuae salientis in vitam æternam. Licet enim unus, & idem spiritus sit, qui sua presentia, & virtute nostrum animū renouat, tamen ex diuersis effectis varia cognomenta fortit. Nam dicitur spiritus veritatis, *Io. 14.* *quatenus docet omnem veritatem: &*, quoniam veritas simplex & 16. & aperta est, omnem simulationem fugit; omnesq; factas actiones, & officia spernit, atque repudiat. Dicitur quoque spiritus sapientiae, quia rerum diuinarum cognitionem tradit: ob quam in lingue forma, quæ docentis est instrumentum, se Christi discipulis, qui res arcanae, atque diuinæ omnibus hominibus prodituri erant, dedit. Dicitur etiam flamma, & lumen, quia mentes hominum ad cernendum verum illustrat. Dicitur quoque ignis, *Rom. 5.* quia corda nostra suo cœlesti ardore calefacit, ut Christianæ disciplinæ studio, & cœlestis gloriæ cupiditate ardeamus. Hoc Hieremias ait, *De excelso Thron.* *s.* misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Et, quia vitam æternam his, qui piè sancteque vixerint, promittit, spiritus promissionis: &, quia gratiam fons ipse gratiæ pro gloriæ pignore dat, pignus cœlestis hæreditatis: &, quia nos contra nostros hostes suo numine bouet, vincio: &, quia solatur tristes, sedas animi perturbationes, ac men tem ingentibus lætitias afficiens, consolator: &, quia nos suis patrocinij in diuinis iudicijs tuerit, nuncupatur aduocatus: &, quia toti Ecclesiæ vitam præbet, ob similitudinem cor, quod est fons vitæ. Nam Christus ob aspectabilem, quam sum-

T 3 pfit,

psit, naturam caput vocatur. Denique variarum rerum, quarum virtutibus similes sunt Spiritus sancti effectus, ipse varijs nominibus signatur, notis nobis; ut similitudine rerum corporearum cœlestis gratiæ virtutem, effectusque discamus. Longum esset velle aut columbae, aut nubis, aut flatus, aut ignis proprietates persequi oratione, ut Spiritus sancti effectus harum rerum, in quarum figuris se ostendit virtutibus similes esse demonstremus. Hoc non tacendum, quod Spiritus sanctus & in terris à Christo datus, cum in suos discipulos insufflavit, & è cœlo die Pentecostes in terras missus est; ut intelligamus (quandoquidem Spiritus sanctus est amor) & Deum, qui in cœlis est summum bonum propter seipsum à nobis singulari amore semper esse diligendum; & proximum, qui nobiscum in terris agit, propter Deum, cuius æterna bona participamus. Reliquum est, Auditores charissimi, ut ad excipiendum Spiritum sanctum corda nostra pro dignitate præparamus: in quibus amicam, & petrennem faciat mansionem. Non enim ad omnes promiscue venit, neque in omnibus absque ullo delectu habitat, sed in pijs, castis, & integris mentibus. Neque ad discipulos Christi venit dispersos per agros, fusos per vrbes, huc illucque temere concursantes, aut in triuijs conuiciantes bonis, illudentes miseris, irridentes aliorum squalorem, agentes forum, dantes litem, contendentes iurgijs, ludentes alea, spectantes scenas, ducentes choreas, redimitos coronis, delibutos vnguentis, languidos vino, consecotos cibo, plenos somno, sed in eadem simul domo commorantes, vigilantes, ieuuantes, orantes. Quæ enim luci cum tenebris,

bris, aut veritati cum errore familiaritas? quæ virtuti cum vitio, vel bonitate cum prauitate societas? quæ honestati cum turpitudine, vel castitati cum luxuria communitas? quod deniq; Deo cum Belial esse commercium potest?

Primum igitur oportet nos in domo Dei manere, quæ est Christi fidelium Ecclesia: extra quam qui est, nullam diuinam gratiam, virtutemque participat. Qua in Dei domo qui moratur, non debet gulæ, ac ventri, somnoque deditus esse, sed contra Dæmonum insidias vigilare, à nimio potu & cibo abstinere, voluptates corporis spernere, Dei maximi, & optimi benevolentiam sibi pijs, & assiduis precibus conciliare. Non igitur satis est in Ecclesia, quæ in terris est, domo Dei, in qua etiam mali Christiani commorantur, esse, verum etiam oportet castum & purum animum gerere, si Spiritum sanctum, qui sanctificationis spiritus est, dignè excipere velimus. Itaque curabimus primum animos nostros à criminum maculis, tanquam lutulentis quibusdam vestigijs, contritione expiate: quæ contritio donum Dei est; qua malè actam vitam cum luctu, & dolore damnamus, ac dari nobis à Deo malefactorum veniam petimus: tum conscientias nostras omnium flagitorum confessione, & accusatione purgare: postrem peccatis debitas poenas satisfactione persoluere. Hac profectò ratione Spiritum sanctum in nostrorum animorum tecta recipiemus. Nec minore, qua ipsum receperimus, cura praesentem retinere nobiscum studebimus: quoniam, ut Poëta illé inquit, Turpis ejcitur, quam non admittitur hospes. Et quidem quoniam virtutum omnium, & Christianæ vite fundamentum est hu-

T ¶ militas,

militas , sicut vitiorum omnium parens est superbia , Deo plusquam dici , aut cogitari à nobis potest , odiosa , fugiamus præcipue superbiam , & sequamur humilitatem , quam Deus maximè dilit . Cuius spiritus , vt ipsemet ait , super humilem corde , & timentem Deum quiescit . Humilis porro est , qui suam cognoscens inopiam , & imbecillitatem , ac diuinam aduertens copiam , & virtutem , nihil sibi arrogat , nullamque spem in rebus caducis ponit , sed totum se Deo dedicat ; eiusque se committit voluntati , cuius bonitati , & clementiæ confidit . Nec solùm Deo , verùm etiam alijs propter Deum se subiicit . Vitemus quoque mendacium , inuentum Diaboli , qui est spiritus erroris , contrà ac Spiritus sanctus est spiritus veritatis , mendacium , inquam , non solùm oris , sed etiam vitæ . quod quidem est , cùm à doctrina vita dissentit . Istius modi est hypocitarum vita , qui sanctitatem profitentur , ipsi omnium , quorum sunt , impurissimi , & scelestissimi hominum . Commendant paupertatem , ipsi pecuniam vndeque consecstantes : docent contemnendam humanam gloriam , & honorem , ipsi laudes , & dignitates omnes vijs omnibus persequentes , vt ab omnibus obserueretur , atque colantur . Adhæc repellendum odium , quod est ira inueterata : quoniam qui odit fratrem suum , vt B. Ioannes ait , homicida est . Homicida nullam partem in Dei domo habet . Neque enim vbi est odium , ibi potest charitas esse . Deus autem charitas est . Et , ne singula peccata commemorem , quorum quodque infensum est Spiritus sancti bonitati , quoniam quodque diuinæ gratiæ , charitatiique repugnat , præ certe-
ris est fugienda libido , quæ non solùm rationem
è suo

s. 10. 3.

s. 10. 4.

è suo regno, sed eque deturbat, sed etiam mentem turpissimis sordibus, maculisque contaminat. Spiritus sanctus autem, qui calitus, purus, atque ab omni contagione est alienus, omnem turpificati animi feditatem abhorret. Quapropter Beatus Paulus ad Corinthios scribit, An nescitis quoniam membra vestra templa sunt Spiritus sancti, qui in vobis est? quem habetis a Deo, & non etsi vestri? Empti enim etsis pretio magno.

s. Co. 6.

Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Et ne longior dicendo sim, est Spiritus sancti praesentia nobis necessaria, ut eius instinctu & afflatu cogitemus, & agamus bona, & nostrarum actionum diuinam a Deo mercedem promereamur. Nam ea, quae nos a nobis ipsis agimus, nostra inquam, scientia, & voluntate, siquidem virtus nostra definita est, quo pacto possunt aeternum præmium mereri? at, si diuina gratia informentur, cum vis eius infinita sit, eius ratione digna celesti mercede judicantur. Quam obrem si actionum nostrarum tantum, quod in nostra potestate positum est, principium consideretur, cum humanum sit, atque finitum, non sunt, ut B. Pauli verbis ytar, condigne passiones huius vite ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis: at cum Spiritus sancti nostro in animo tanquam in equo sedentis instinctus respicitur, tunc, quia nostrarum actionum principium diuinum est, fructum quoque diuinum, mercedemque desiderant. Proinde actiones nostræ, quarum forma tantum est nostra ratio, humanæ dicuntur; ac quarum forma est diuina gratia, iure diuinæ vocatur: ac quando diuinam mercedem promerendi ratio est charitas, quæ est ipsamet gratia gratum faciens,

Rom. 8.

298 DIE PENTECOSTES.

faciens, vel non est sine ipsa gratia, & Spiritus
sanctus est charitas, certe sine Spiritu sancto ni-
hil vita æterna dignum facere possumus.

Te igitur sancte Spiritus etiam, atque
etiam precamur, ut in nostros ani-
mos illabarisi, & Dei charita-
tem diffundas: qua pet.
fecte beati cum Pa-
tre, & Filio te-
cum in om-
ni eter-
ni-
tate viua-
mus.



DIE

DIE FESTO SANCTIS-

simæ Trinitatis.

C O N C I O

De Trinitate.


I CHRISTI fides, Auditores charissimi, quam scilicet habemus à Christo de Deo, Physicis rationibus niteretur, non foret diuina, sed humana: quippe humana cognitio est, quam nostro inge-
 nio, & studio acquirimus, at res diuinæ, quarum est fides, siquidem hominis sensum, & intelligentiam latent, nullis humanis argumentis percipiuntur, sed dumtaxat diuinis enunciatis continentur; que non insito à natura, sed extrinsecus à Deo nostraræ menti apposito lumine nota nobis & perspicua fiunt: Est autem Christi fides, quæ Catholica verbo Græco nominatur, quoniam teneda est eadem pariter ab omnibus Christi cultoribus, præcipua hæc, ut vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Quia de fide hoc die, qui est sanctissimæ Trinitatis festus, dicendum est mihi, sed modestè, ac timidè, vobis vero attentis, & benignis animis audiendum: quoniam, ut summus Theologiæ doctor B. Augustinus ait, nec periculofius alibi erratur, nec laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur, quam ubi queritur unitas Trinitatis. Dicam itaque

itaque primò de diuinæ naturæ simplicitate ; tum de diuinorum personarum numero, & proprietatibus; postremò de fidè, quæ nos in harum rerum cognitionem adduxit. Nomen hoc Trinitas, Auditores charissimi, si proprietatē eius obseruemus (proprium autem nomen vocamus id, quod primò ad significandam rem aliquam inuentum, & impositum est) tres diuinas personas significat habentes unam, eandemque naturam, scilicet Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Nam ad notandas simul has tres personas, quarum est, una, & eadem essentia, sacræ Theologiæ magistri hoc nomen Trinitas excogitarunt. Igitur Trinitas de omnibus personis simul dicitur, ac de nulla singillatim. Unde solus Pater, cum una persona sit, Trinitas dici non potest; neque item solus Filius; nec quoque solus Spiritus sanctus. Quocirca nomen Trinitas cum Grammaticorum collectiis nominibus hoc quidem conuenit, quod plures, ut Græcè dicam, hypostases, vel Latinè supposita designat: hoc uero differt, quod una tantum essentia notat, cum illa plures essentias pro suppositorum numero significant. Quidam nomen Trinitas interpretantur trium diuinorum personarum unitatem, hoc est, unam, eandemque essentiam, siue naturam. Quæ porro etymologia verissima est, neque ullo modo reprehendenda; verum quia non simul cum diuina essentia, sed longè post cognitam diuinam essentiam cognitæ sunt diuinæ personæ, ideo non diuinam essentiam, sed personarum numerū eandem habentium diuinitatem hoc nomine Trinitatis primò notatum fuisse censemus. Nec si nos Trinitatem rectè dicimus, tu rectè dices Triplicitatem. nam Trinitas numerum tantum notat personarum unius diuinæ essentiaz; at Triplicitas notat

notat proportionem quandam inæqualitatis . Quarè si Deus esset triplex , vna persona foret duabus alijs minor , id quod diuinæ fidei repugnat . Cùm igitur sola diuina essentia in tribus consistat personis ; nam aliarum essentiarum quæque proprium habet suppositum ; solus Deus est Trinitas , & ipsa sola Trinitas est Deus : atque vna essentia de tribus personis , & tres personæ de vna essentia dicuntur . Atque idcirco huius rei est diuina fides , non hamana scientia ; quia vnam essentiam in tribus personis consistere , & tres personas vni essentiae subsistere , non ullis humanis argumentis docti , sed solo diuinæ gratiæ lumine illustrati credimus . Quod autem diuina essentia simplex sit , nihil in se habens admixtum , nihil dispar sui , atque dissimile , non tantum sacerorum hominum testimonijs , verùm etiam philosophorum argumentationibus demonstratur . Diuina essentia vel est corporea , vel non corporea non est autem corporea : quoniam concreta esset è materia , & forma , certamque molem haberet conuenientem virtuti suæ formæ , quarè diuideretur in partes non solum essentiam , verùm etiam magnitudinem constituentes , ob sideretq; locum , & motu aliquo moueretur . E quibus sequeretur Deum beatissimum non esse ; quia partem alteram altera nobiliorem haberet , & totum partibus maius . Unde se toto vbiique pariter non frueretur . Namque forma nobilitate materiam , & corpus uincit amplitudine membra . Tum , quia corpus omne circumscibitur loco , foret aliquid Deo maius , vide licet id , quod Deum suis terminis circumscriberet : necnon Deus ab alio penderet , si moueretur ab alio , quare principium non esset . Adhæc diuina essentia , si corporea est , vel animata est , vel inanimata :

nima : non quidem inanima; quia corpus animatum est nobilior in animo , verum Deo quod præstantius est tribuimus. Sed & nulla ratione foret Deus beatus, si nihil omnino sentiret . Atque careret omni sensu Deus, si corpus inanimatum esset. Relinquitur igitur Deum esse corpus animatum, si diuina essentia est corporeæ. Tum vero multis afficeretur modis ; nec solum animæ , verum etiam corporis varijs cieretur, atque agitaretur motionibus, alterare tur, accresceret, decresceret, sursum, deorsum, ultra citroque commearet, quæ de Deo nisi insipientissimus , & amentissimus nemo dixerit . Scio Philosophos Epicuræos fecisse Deos corporatos , atque otiosos , nihil agentes , fruentes omnibus corporeis voluptatibus; sed istorum lutulentorum pororum est ab omnibus sanis viris irrisa vecordia: quasi Deus mortalis quispiam sit gulæ, ventri que deditus, nihil sapiens, nihil intelligens, tatuatus ab domini. Quod si quedam corporis membra Deo in scripturis sacris interdum attribuuntur , ut caput , aures , oculi , nares , os , manus , pedes , intelligite per translationem quandam , & similitudinem attribui , ut diuinæ mentis virtutes quales sint ex virtutibus animati corporis apta quedam similitudine percipiamus .

Præterea mens est longè præclarior, & præstantior corpore , quæ libera est à concretione mortali, ac vitam, motum, & sensum dat corpori . Atque naturam diuinam præclarissimam , & præstantissimam omnium prædicamus ; à qua sunt, reguntur, & conseruantur vniuersa . Ergo si mens longè corpori præstat, & natura non corporea corporeæ, cur diuinam essentiam dicemus esse potius corpoream , quam non corpoream ? Angeli , qui in conspectu Dei astant, eius ministri, sunt spiritus corporis expertes,

pertes, & Deus , qui vbique est in celo , & in terra, & super omnia , corporatus erit , suis ministris vi , & conditione naturæ inferior ? Verum & Sacra Scriptura docet , & Philosophorum principes confitentur , & Poëtarum sapientissimi canunt Deum esse spiritum omnia completem, atque regentem. Est igitur diuina essentia simplex, ac summè simplex , nec quidem eo , quo sunt cœlestes intelligentiæ, quas Angelos nominamus , sed excellentiore modo . Nam cœlestes intelligentiæ licet ad corporum rationem simplices sint, quoniam ab omni mortali concretione liberæ sunt , tamen , si cum diuina essentia conferantur, multiplices sunt. Quatum quidem multiplicitas ex ipsarum mutatione coniijcitur . Nam ortum habent quippe quæ à Deo creatæ sunt , quare mutabiles : quoniam esse cœperunt , non erant . Tum si vi sua definet esse quod esse cepit (id quod etiam est mutari) non dubium est , quin suapte vi definerent esse , ni singulari , & diuino beneficio immortales & æternæ forent. Omnis itaque res creata mutabilis à se est : quoniam à se non est . Hinc autem quod à se non est, simplex non est, ac deinceps mutabile : quia facultatem habet accipiendi, ferendique aliquid extrinsecus; ob quam mutatur, & multiplex est, quam facultatem nostri Philosophi, & Theologi potentiam passiuam appellant similem potentiarum materiei primæ . Ad hæc Angelorum naturam inutabilem esse docet Luciferi, & sciorum Dæmonum superbum, & temerarium illud facinus , quo perperam à Deo desciuere , in cuius dominatu esse noluerunt ; factique sunt mali ex bonis : contraquæ Angeli, qui numen diuinum sequuti sunt , meliores sunt ex bonis effecti . nam utroque Deus bonos bonitate naturali creauerat.

Præ-

Præterea quæ in ipsis Angelis bonis, malisve sunt virtutes, aut vitia, ipsorum accedunt essentiæ, non sunt ipsæ essentiæ: quia meliores, aut peiores fieri nequissent. Neque enim ipsorum mutata est essentia, sed qualitas. Quod si mutata fuisset essentia, interissent, qui erant. At verò Deus à nullo ducit originem, qui à se est. Ideoque nomen est ipsi Qui est; quoniam à se solus existit. Ac profectio ni à se esset, principium non esset; quia post rem aliam sequeretur. Et quia principium est, simplex est. nam principij propria est simplicitas. Et quia Deus verè est, quoniam à se est, certè solus idem semper, & immutabilis est, nihil & liunde accipiens, cùm habeat omnia in seipso.

Cap. 3. Hoc sanè ipsum Deus per Malachiam inquit, Ego Deus & non mutor. Ex quo etiam perspicuum fit, nihil Deo, quem simplicem, & uniformem intelligimus, attribui, quod ab eius natura separare. Itaq; sapientia, scientia, fortitudo, iustitia, clementia, bonitas, & his aliæ similes virtutes, sunt ipsamet Dei essentia, non accidentia. Quæ si diuinæ essentiæ accederent, Dei natura re extrinsecus accedente perficeretur. Constat igitur solam naturam diuinam omnino sui similem, & simplicem esse. Atque ut diuina essentia est maximè simplex, sicutiam est maximè vna, cùm diuidi nequeat: alioquin vi sua dissolubilis foret. Sed neque dices esse multiplicem ea ratione, qua eadem forma in pluribus est individuis; quia sic plures Dij forent numero differentes, non vnum, neque pater in filio, & filius in patre esset, quippe quorum foret distincta natura. Sed (ut Christus ait) est in patre filius, & in filio pater: quoniam ipsorum vna, & eadē natura est. Si plures sunt diuinæ essentiæ, à quónam generatæ sunt? An vna ab alia? At essentia non generat essentiam.

effentiam ; quia nihil seipsum generat. An omnes à seipsis sunt , & ab ipsis reliquæ res ? Non est igitur vnum rerum omnium principium, non finis unus , non idem ordo. Ac sanè quibus rationibus docti homines probat esse vnum Deum , ijsdem probare nos possumus esse vnam diuinam effentiam ; quia non est nisi vnum rerum omnium principium , unus opifex vniuersi , unus dominus , unus rex . Nam nisi ab uno totius mundi principe regerentur vniuersa , tantus diuersarum rerum ordo nulla ratione constaret : nec possent tanta constantia regi , ni ab eodem procreatæ fuissent . Verum huius tam simplicis individuæ-que naturæ non una , sed tres hypostases sunt ; quas rerum sacrarum interpretes Latini personas vocant . Habet porro effentia quæque suam subsistentiam , quam Græci vocant hypostasim : quod nomen Latinorum quidam vertunt modò substantiam , in oddò suppositum . Sed quoniam Philosophi substantiam communiter usurpat pro effentia subiecta , siue substrata accidentibus , id circò videndum cautè est , an substantiæ nomine , cum ipso utimur , pro subiecto accidentium , an pro effentiæ supposito utamur . Nam quando neque diuina effentia , neque diuina persona ullis subiecta est accidentibus , nec diuina effentia , nec persona potest hac ratione dici substantia . Potest tamen diuina persona dici substantia , Græce hypostasis , quatenus diuinæ substata effentiæ . Neque solum intelligentis effentiæ , verum etiam non intelligentis suum est suppositum : tamen , ut hoc ab illo distinguerent , ob digniorem naturam intelligentis effentiæ suppositum propriè nuncupauere personam , Græci πρόσωπον . Et aliarum quidem ef-

V sentiarum

fentiarū vniuerscuiusq; una est hypostasis, siue super-
positum, verū vnius diuinæ essentiæ non vna, sed
tres sunt personæ; quarum prima dicitur Pater,
altera Filius, tertia Spiritus sanctus. Pater, à quo
Filius, Filius, qui à Patre, Spiritus sanctus, qui
à Patre, & Filio est communis amor vtriusque.
Quos exitus & Filij à Patre, & Spiritus sancti a
Patre, & Filio Theologi nunc emanationes, nunc
processiones vocant. Ne uero puta tres diuinæ
personas sub una diuina essentia vel tanquam plu-
res formas sub uno genere, vel tanquam plura
indiuidua sub una forma collocari. Sic enim
multiplicaretur diuina essentia, differretque à
personis vel ut genus à formis, vel ut forma ab in-
diuiduis; ersi quadam intelligendi ratione quæ-
dam inter essentiam, & personam ponenda di-
stinctio est. Eandemque ob causam, ne multiplicari
videatur diuina essentia, non dicimus tres
personas ex eadem essentia, tanquam ex eadem
esse materię, sed dicimus esse uel eiusdem essen-
tiæ, uel eandem essentiam; quod ipsarum una,
& eadem essentia sit; quæ nec re, nec ratione vi-
la diuidi potest. Quarè Filius essentia unus est
cum Patre, & Pater cum Filio, & cum utroque
Spiritus sanctus. Cum uero dicimus Deum de
Deo, vel substantiam de substantia (neque enim
Filius, aut Spiritus sanctus de nihilo est) sic in-
telligenda locutio est, quod Filius, qui est Deus,
vel diuina essentia, est de Patre, qui est Deus, vel
diuina essentia. Idem intelligite de Spiritu san-
cto. Non est igitur diuina essentia diuidenda,
quæ & re, & ratione est una, & eadem in tribus
diuinis personis; nec diuinæ personæ confunden-
dæ sunt, quæ non quidem natura, sed relatione
bus

bus quibusdam discernuntur inter se ipsas, ita ut
Pater non sit Filius, nec Filius Pater. Quæ por-
rò nomina non diuersas essentias, sed tantum di-
uersas personas significant. Itaque Pater est alius,
quam Filius, quoniam est alia persona: non tamen
est aliud, seu res alia, quoniam est eiusdem naturæ.
Distinguuntur autem inter se diuinæ personæ pro-
cessionibus, vel relationibus, aut proprietatibus,
vel notionibus. Etenim Pater a nullo; Filius ve-
rò à Patre; at Spiritus sanctus ab utroque proce-
dit. Emanationem Filij à Patre generatione uocan-
t; Spiritus sancti verò à Patre, & Filio pre-
cessionem propriè spirationem appellant. Quæ
processiones, siue emanationes licet arcanæ sint,
atque omnium hominum intelligentiam fugiant,
tamen ipsas, cum Deus æterna mens sit, ex intima-
rum nostri animi actionum similitudine contem-
plabimur. Etenim diuina ex humanis aliquo mo-
do cognoscimus. Voco actiones intimas animi,
quæ in ipso animo consistunt, non se extra profe-
runt; cuiusmodi sunt intelligere, & velle. Pariterque diuinæ actiones, quæ extra diuinam essen-
tiā non prodeunt, sunt emanationes diuinæ
duæ, scilicet, verbi, & amoris: illa sit intelligen-
do, hæc amando. Siquidem Filius, à Patre in-
telligendo concipitur, Spiritus sanctus verò à Pa-
tre, & Filio sese vicissim amantibus spiratur.
Deus enim Pater se ipsum intelligens concipit no-
tionem sui; quæ notio dicitur verbum, quanquam
verbum significat interdum vocem, qua alicuius
rei notio, quæ in intellectu est, exprimitur. Hoc
quisque est intelligere, nempe rem aliquam mente
comprehendere. Atque animus noster non qui-
dem res ipsas, sed ipsarum rerum imagines perci-

V z pit.

pit : quæ rerum notiones a nostra differunt intel-
 ligentia : uerùm in Deo Dei notio est ipsa diuina
 essentia : quoniam quicquid est in Deo diuina es-
 sentia est simplex, & immutabilis , non aliquid ad
 essentiam diuinam accedens . Cùm igitur diuina
 essentia , & notio propter summam naturæ simpli-
 citatem , & inmutabilitatem sint omnino res ea-
 dem, uerbum est eiusdem cum patre substantiæ:di-
 citurque verbum Dei filius Dei, quia patris mente
 generatur , proceditque nascendo Ob idque in
 sacris scripturis dicitur etiam parturiri , & gene-
 rari . Ac quoniam generatio est viuentis procrea-
 tio eadem naturæ similitudinem , & speciem
 cominunciantis , præclarè Filius Dei , cui pater
 totam suam essentiam communicat,dicitur imago
 & figura substantiæ Patris ; cuius est perfecta si-
 militudo . Ideoque dicitur imago , non ad ima-
 ginem ; quoniam habet omnino eandem , quam
 Pater , substantiam . Neque est nisi vnum Dei
 uerbum , vnicus Dei filius : quia Deus uno actu
 seipsum perfectè totum intelligit , & quia Pater
 seipsum totum semper intelligit , atque ex æterno
 intellexit , certè sínè temporum interuallis sem-
 per genuit , & generat Filium . Quod propter in
 Psalmo quodam Pater inquit Filio , Filius meus
 es tu : ego hodie genui te . Nec dubium est , quin
 Pater suum Filium amet , & vicissim ametur à Fi-
 lio ; vnde sese mutuò diligentes Spiritū sanctum
 producunt , communem vtriusque auctorem,con-
 nexiōnem , atque concordiam . qui communis a-
 mor propriè donum nominatur . Et quoniam
 quicquid est in Deo , est (vt suprà diximus) Dei
 substantia ; idcirco Spiritus sanctus , siue Patris ,
 & Filii mutuus amor est Deus : cui quam Pater
 Filio,

P. 2.

Filio, eandem Filius cum Patre naturam, sive essentiam communicant. Licetque Spiritus sanctus eandem acceperit à Patre, & Filio substantiam, quam à Patre Filius, non tamen dicitur natus ab ipsis, sicut Filius à Patre, tum ne duo Filii in sanctissima Trinitate esse credantur, tum quoniam amor non dicit similitudinem, quæ in generatione requiritur; quanquam è similitudine conciliatur: sed vel communis vocabulo dicitur procedens, vel proprio nomine spiritus; quoniam spiritus vitalem quandam motum, impulsusq; significat, & quæ uis subiecta est vocis amoris. Et quamuis Dei voluntas, & intelligentia non differant natura, tamen ratione quadam, & ordine inter se distiguuntur: atque ut uno, eodemque actu Deus pater seipsum intelligit, sic pariter uno, eodemque actu Pater, & Filius sese diligunt. Itaque ut unum est diuinum verbum, sic unus est Spiritus sanctus: utque etiam non potest ex diuino verbo aliud diuinum verbum generari, cum absoluta sit generatio, sic neque potest alius diuinus amor ex diuino amore produci, cum unus sit diuinus & perfectus amor.

Idcirco Spiritus sanctus, qui est mutua Patris, & Filij dilectionis consubstantialis, & coeterna utrique, non solum à Patre, verum etiam à Filio emanat, duabus quidem personis, sed uno tanquam principio: siquidem Filius à Patre habet quod Spiritum sanctum spiret. Vnde dicitur aliquando Spiritus Patris, aliquando Spiritus Filij. Atque ut voluntatis motus rationis dum, sic Spiritus sancti processio Filij processionem respicit: quando voluntas nihil appetit, quod non intelligentia percepit.

V 3 Quam-

Quamobrem ipsæ tres diuinæ personæ, cùm vnam omnes, & eandem essentiam habeant, non natura differunt, nequæ vna est extra aliam, sed vnum, & idem sunt, & vna in alia; Pater in Filio, & Filius in Patre, & uterque in Spiritu sancto, & Spiritus sanctus in utroque: & sunt vnum omnes. Distinguuntur tamen proprijs quibusdam notis: quæ discernunt hypostases, non variant essentiam.

Dicuntur quidem proprietates, quia propriæ cuiusque personæ sunt, non omnium communes. Proprietas Patris, qua semper Pater, aut Genitor vocatur, est Paternitas, aut Generatio: Proprietas Filij, qua semper est Filius, aut Genitus, nominatur Filiatio, siue Natiuitas: Proprietas Spiritus sancti, qua semper est Spiritus sanctus, aut Donum, communī vocabulo nuncupatur Procesio, vel (ut quibusdam placet) passiūe Spiratio: Quæ proprietates appellantur etiam notiones, & relationes: notiones quidem, quoniam diuinæ personas ipsis cognoscimus; relationes vero propter respectum, quem diuinæ personæ inter se habent. Etenim generatione Pater, natuitate Filius, processione Spiritus sanctus cognoscitur: ac Pater ad Filium, & Filius ad Patrem refertur, & ad utrumque Spiritus sanctus; Pater enim est Filius Pater, & Filius est Patris Filius, & utriusque donum est Spiritus sanctus: quoniam relatio, qua Pater, & Filius sunt vnum Spiritus sancti principium, non habet proprium nomen; ni dicatur (ut quidam volunt) Spiratio, principium efficiens: Nec quidem dicetur donator; quoniam donator dicitur ex tempore, cùm videlicet Spiritus sanctus nobis temporaliter donatur. Hæc igitur nomina Pater,

Pater, Filius, & Spiritus sanctus tres diuinæ personæ notant: quārum proprietatēs, seu notiones, aut relationes non sunt Deo accidentariæ, sed in ipsis diuinis personis insunt ab æterno incommutabiles: quoniam ille semper Pater, hic semper Filius, iste semper Spiritus sanctus est fuit, & erit. Igitur in Trinitate vna essentia est, non diuersæ; & tres personæ, non vna: & propter simplicem, & indiuiduam essentiam, seu Deitatem vnuis est Deus; & propter varias proprietates tres sunt personæ; quarum quæque perfecta est, non altera alterius pars. Vnde Pater (vt his verbis utar) personaliter est aliud à Filio, quoniam diuersam habet proprietatem; non tamen essentialiter est aliud, quoniam utriusque est eadem essentia. Idem quoque de Spiritu sancto dixeris, quod persona-liter est aliud à Patre, & Filio, non tamen essentialiter aliud. Sic (vt Theologorum verbis utar) in Trinitate non est diuersitas naturæ, sed vnitas substantiæ, & discretio personatum, non singularitas, & solitudo. Nec si rectè dicimus personas esse distinctas, atque discretas, rectè etiam dicemus esse diuersas, atque diuisas.

Dicimus enim, vt ne confundamus personas, aliam personam Patris, aliam Filij, aliam esse Spiritus sancti propter interpunktas proprietates, siue relationes; non tamen dicimus diuersas personas esse, siue diuisas, cum omnium sit eadem natura, siue essentia; & Pater in Filio, & Filius in Patre, & in utroque sit Spiritus sanctus. Quaeriam ratione nihil inter ipsas diuinæ personas vel tempore, vel dignitate prius, aut posterius est; sed omnes sunt æternitate, gloria, maiestate & qualibus.

V 4 Quam.

Quamobrem si vna, & eadem est natura trium diuinorum personarum, & ipsae diuinæ personæ solis relationibus paternitate, filiatione, processione, inter se discernuntur, meritò à nobis unus & trinus Deus colitur: nec tres Dij sunt, sed unus ratione vnius naturæ Deus. Iam nomina, quæ diuinam essentiam significant, sunt omnibus personis communia; quæ verò personam aliquam notant, eius personæ propria sunt, cuius sunt notæ. Sunt tamen quædam nomina, quæ modò essentiam, modò proprietatem indicant, ut potentia, sapientia, bonitas. Hæc, cùm essentiam designant, omnibus personis communia sunt. itaque & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus quisque & potens, & sapiens, & bonus dicitur: verùm Pater per se, & à se; Filius tamen, & Spiritus sanctus per se, non à se, cùm ab alio sint: Cùm verò certæ personæ quodque tribuitur, tunc sit illius personæ proprium; vt cùm potentia Patri, ne impotentior Filio credatur; & sapientia Filio, ne Patre minus sapiens habeatur; & bonitas attribuietur Spiritui sancto, ne institus, crudelisque putetur. Diciturque Filius sapientia Patris, non quod Pater per Filium sapiat, sed quia est sapientia de Patre, qui est etiam sapientia. Et Filius est sapientia genita, Pater sapientia non genita. Et quæ eadem sapientia genita, & non genita: verùm hæc ab illa relatione quadam distinguitur. Vincit autem mysterium Trinitatis omnem humanam intelligentiam: quia nullis humanis rationibus uestigari, & percipi potest. Nos enim causalum cognitionem ex effectis rebus accipimus. Atque è creatis rebus non nisi attributa diuinæ essentiæ cognoscimus, nempe quod sit vna præstantissima, & optima,

& optima, princepsque omnium natura; non autem personarum numerum distinctionem, & attributa percipimus. Quare temerarium est velle Trinitatis mysterium Physicis rationibus demonstrare, sed piam credere, ac nosse utile & salutare; vt in Evangelio Beati Ioannis Christus Dei Filius Patri ait, Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Filium tuum. Nec quia fidem humana ratio non attingit, idcirco fides est humanæ rationi contraria. Nunquam enim verò repugnat. verumtamen in fide Trinitatis harum rerum, quæ à Deo factæ sunt, contemplatione iuuamur; eo quod in singulis naturis tam corporum, quam animorum aduertimus quædam esse quasi impressa vestigia Trinitatis: in qua summa origo, eximia pulchritudo, immensa bonitas est.

Etenim Deus, quod Sacra Scriptura testatur, omnia fecit in numero, pondere, & mensura, vnde res quæque suum habet numerum, suam mensuram, suum pondus. Est enim una numero, habetque suam speciem, quam mensura designat, & certum respicit finem, ad quem pondus spectat. Est vno contenta genere, est propria formata specie, est recto composita ordine. Prætereà res quæque suam habet essentiam, suam virtutem, suam actionem. Cùm itaque sit vna, & tribus rationibus describatur, Trinitatis quandam similitudinem præfert. Quæ similitudo, quoniam obscurum quoddam, & imperfectum simulachrum est, à Theologis dicitur vestigium. At similiorem, & perfectiorem Trinitatis imaginem in nostro animo, qui diuinitatis est capax, perspicimus: quippe in quo vnam substantiam, sive

ue essentiam , & tres proprias potestates , ac vi-
res æquales inter se , patesque videmus , memo-
riam , inquam , intelligentiam , & voluntatem :
quæ ita sunt inter se nexæ , atque iugatae , ut una ab
alia segregati minimè possit . Nam meminimus ea ,
quæ intelligimus , & volumus ; nec intelligimus
nisi ea , quæ volumus , atque meminimus ; nec volu-
mus nisi ea , quæ meminimus , & intelligimus .
Quapropter vniuersæ res diuina artificio similitu-
dinem aliquam Sanctissimæ Trinitatis gerentes ,
etiam nos monent , ut diuinam doctrinam , &
fidem recipiamus .

Quidam ad probandam Trinitatem hoc ar-
gumento vtuntur . Virtus , quæ in rebus effe-
ctis est , est etiam in causis efficientibus ; & maior ,
atque præstantior est in causis , quam in effe-
ctis , atque virtus generandi est in rebus crea-
tis , est ergo etiam in eo , qui ipsas cœauit : non
quod corpore , cuius est experts , sed quod mente
generet . Quidam etiam volunt Mercurium
Trismegistum , cum dixit Monas genuit mona-
dem , & in se ipsum reflexit amorem , designas-
se Trinitatem , quod scilicet Pater genererit Fi-
lium , & Spiritus sanctus sit amor vtriusque ; ve-
rum hæc Mercurij Trismegisti verba vel non de-
signant Trinitatem , sed tantum à Deo genera-
tam animam mundi sonant ; quæ sit etiam ipsa
Deus , & Deum patrem vicissim amet ; quo ta-
men , & tempore posterior , & virtute inferior
sit , vel si denotare Trinitatem volunt , non ab ip-
so Mercurio mysterium Trinitatis intellectum ,
sed per os eius tanquam per Afinam Balaam à
Deo pronunciatum fuisse dicentius . Neque à Mer-
curio Trismegisto dissentit Plato ; qui Deum ait
generat

generasse Deum; videlicet, animam mundi. Vult enim Plato mundum esse animatum, & spiritum, quo mundus animatur, & regitur, esse Deum quemdam generatum a summo Deo: non tamen quod una sit ipsorum essentia, distinctaque personae. Quod vero de numero ternario tradit Aristoteles in libro primo de cœlo, non ad tres diuinæ personas, sed ad dimensiones corporis quanti facit. Hoc igitur Trinitatis mysterium non Physicis rationibus docetur, non figuris mathematicis demonstratur, sed solùm diuinis enunciatis intelligitur: quæ diuina enunciata scripturis sacris continentur. Et in testamento quidem veteri diuinæ personæ non aperte explicantur, sed ex quibnsdam verbis coniiciuntur. Auditis in Genesi dicentem Deum, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, nec vero dicteret faciamus, & nostram, si una diuina persona tantum esset, & in 11. libro Regum de Deo patre, & Deo filio legitim, ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hoc ipsum quoque in Psalmo 88. legitim Ipse ihuocabit me, pater meus es tu, & in Psalmo 2. ego hodie genui te, & in Esaia, Seraphim clamant propter tres diuinæ personas Sanctus, Sanctus, Sanctus, & propter unam essentiam Dominus Deus Sabaoth. & figura Trinitatis fuit illud, quod Abraham tres vidit, & unum adorauit, & apud Danielem, quod tres digitæ unius manus scriberent in pariete. At in novo testamento clarè Trinitas cernitur. Nam dum baptizatur Christus, vox patris auditur e celo dicentis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: simulque Spiritus sanctus in specie columba uiuis est. Et Christus suos discipulos do- Cap. 1.
Psa. 88.
Psal. 2.
Cap. 6.
Gen. 18.
Cap. 5.

tet

cet baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
 sancti, & Ioannes Euāgelista scribit, Tres sunt, qui
 testimonium dant in cēlo, Pater, Verbum, & Spirī
 tus sanctus, & hi tres vnum sunt. Quibus diuinis
 enunciatis non nisi diuino lumine illustrati firmi-
 ter assentimur. Qui firmus assensus est fides, & est
 uirtus; quoniam intelligentiam perficit, & est vir-
 tus Theologica; quoniam à Deo infunditur, & ip-
 sum Deum respicit: ac longè ab opinione, & ea,
 quæ propriè physicis est scientia, differt. Nam op-
 nio fallax, incertaque cognitione est, in diuersas par-
 tes dubiam cogitationem impellens: at fides ve-
 ra, & stabilis est, nullam dubitationem in animo
 patiens residere. Proinde si quis ambigit de his,
 quæ ad fidem spectant, nondum fidelis est. Deinde
 scientia est rerum aperta demonstratio, ducta ex
 his principijs, quæ per seipsā nostrā intelligentiā
 nota, clara, & euidentia sunt: at fides licet dubia
 non sit, obscura tamen est, quæ omnes sensus effu-
 git, è quibus humanæ scientiæ oriuntur, ideoque
 (vt B. Paulus ait) dum in terris sumus, Deum per
 fidem in ēnigmate videmus, est tamē omni huma-
 na scientia firmior, cūm à Deo infundatur. Sed,
 qui se naturæ perscrutatores, & interpretes esse
 profitentur, Philosophi Christianorum fidem irri-
 dent, quod ab ipsorum inuentis, & rationibus lon-
 gè absit. Nihil enim putant verum esse, ni quod ip-
 sorum ingenij probatur. O insanam Philosopho-
 rum sapientiam, qui rerum diuinarum rationes à
 sensibus exquirunt, ac diuini numinis potestatē
 cognitionum suarum terminis describere, & im-
 pudenter audent humanę mentis facultate metiri.
 Sic dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Por-
 rò si ad rectē viuēdum homini necessarium est ap-
 petitum

E.C. 13

Rom. 1.

petitum rationi obtemperantem reddere, quæ honesti vias, officiaque describit, & ad beatè viendum quoque necessarium est rationem fidei, qua apud Deum iustificamur, obsequentem præstare. Nam ut ad naturales actiones anima corpus, sic ad diuinæ operationes animam fides informat. Si à Deo sumus, à quo pendent uniuersa, si per Deum mouemur, per quem omnia fiunt, si in Deo viuimus, in quo cuncta salua, & incolumia sunt, eniamur. Auditores charissimi, ut ad principium ortus nostri recurramus, sanctarum actionum formam imitemur, gratiam, quæ nos Deo conciliat, consequamur. Id verò tum fiet, cum cogitationes in honorem verba in laudem, opera in Dei cultum, & gloriam referemus: quibus tanquam trinis vestigijs eo, vnde profecti sumus, redibimus, quò tandem ut perueniamus, tribus Dei donis potentia, sapientia, bonitate, quæ tribus diuinis personis Patri, Filio, & Spiritui sancto tribuuntur, ornati, & instructi esse debemus, ut valentes in bonis operibus incedamus, neque res alias, quam diuinæ, & celestes sapiamus, nihilque præter Dei benevolenti, & charitatem expertamus; quæ beatissimam, atque omnibus bonis cumulatissimam vitam efficit. Quamobrem si fides est donum Dei, neque ad celum patet aditus, nisi per fidem, quantas immortalis Deo gratias agendas, habendasque putatis à nobis, qui diuino beneficio ex ignorantie tenebris in veritatis lucem reducti, & celestium bonorum hæredes cum Christo duobus testamētis constituti sumus? Harum rerum contemplatio nos magis, ac magis ad veram pietatem, & Christianæ virtutis cultum excitabit.

F I N I S.



